Tria in hoie ſunt motuū gñā.f.vj.
Tentatio carnis īterioꝛ inter tria tentationū gñā difficili⁹ vincit' an indeficiēter ſit verum.fo.xvij.
Timoꝛ multiplex.fo.lxv.
Tioꝛ culpabilis duplex:q̇dā obiectiue inuoluens maliciā/q̇dā nō.fo.lxv.
Timoꝛ aliq̇s an manebit ī celeſti patria.fo.lxv.
Timoꝛ mūdanus aut ſeruilis culpabilis an ſit gratie cōpoſſibilis.fo.lxv.
Timoꝛis ſeruilis acceptiōes fo.eod.

¶De litera V.

Velle ⁊ nolle eiuſdē obecti ſunt cōpoſſibilia. vnū efficax ⁊ alterum ineficax.fo.xiij.
Veniale an efficiat' moꝛtale viris ꝑfectis.f.xlvj.
Veniale eſſe potuit pꝛimuꝫ hominis peccatum.fo.eod.
Viatoꝛ q̇d ſit:qualr ve angeli viatoꝛes fuerint.fo.xx.
Viciū poteſt eſſe ꝟtutis obiectum ⁊ cōtra.fo.viij.
Viciū q̇ōlibet an ſub coloꝛe boni ſubrepat.fo.ix.
Virtutū oꝛdo īter quas iuſticia eſt pꝛeclariſſima.fo.xxxj.
Virtutū cardinaliū differētia.fo.lxxxj.
Virtutes cardinales an in ſtatu innocentie locū habuiſſent/an ī patria permanebunt.fo.lxxxiij.
Virtutū atq̧ vicioꝝ cōſueta noīa non ſunt ſpēs ſpecialiſſime.fo.xlix.
Virt⁹ oīs an ſit circa difficile.f.lxxxiij.
Virt⁹ q̄lib; ī medio conſiſtit.fo.lxxxiij.
Virtutis mediū an quātuluʒcūq̧ egrediens ſit vicioſum.fo.lxxxv.
Virt⁹ theologa an ī medio ꝯſiſtat.f.e.
Virt⁹ q̄liter ī appetitu ſenſitiuo.fo.eo.
Virtuti ꝯfert curare coꝛp⁹ atq̧ cōgrue ei⁹ diſpoſitioni ītendere.fo.lxxxvij.
Virt⁹ nōnūquā diſpoſitionē ai viciū īducit ⁊ contra.fo.xc.
Virtutē aut viciū hr̄e ſcdm a.ī pꝛeparationem.fo.xcij.
Virt⁹ an virtuti nōnūq̧ repugnet aut vicium vicio.fo.eod.
Virtutis act⁹ vniuerſalis an cōpatiat' vicium.fo.xciij.
Virtuti ꝑ fine deū habēti an cōpoſſibile ſit vicium. fo.eo.
Virtutes theologice qualr perdant' ⁊ ꝑdite reparentur.fo.xcij.
Virtutū theologarū pariter ⁊ moꝛaliū vna in intellectu.fo.xlij.
Virtutis facilitatē inducere pōt culpā ⁊ viciȷ virtus.fo.xxxviij.
Virtutū pꝛīcipia cōīa nō requirunt' ad particulares ꝟtutes.fo.xcij.
Velle foꝛmalr īperat q̇s.fo.xij.
Vltimum furtū poſt multa an ſit grauius puniēdū.fol.liij.
Volitio an ſit cognitio fo.x.
Volitio an ſit ꝑfectioꝛ cognitiōe ſeu voluntas intellectu.fo.x.
Volitio dupliciter dici poteſt conditionalis.fo.xij.
Volūtas eſt poſſibiliū ⁊ īpoſſibilium ⁊ neutraliter oſtēſoꝝ.fo.viij.⁊.ix.
Volūtas eſt boniat q̧ mali ⁊ neutraliter oſtenſi.fo.viij.⁊.ix.
Volūtati oſtendi obiectum.fo.j.
Volūtas velle pōt hypothetice ītellectu nō ſic intelligēte.fo.xj.
Volūtatis act⁹ nō ex partib⁹ diuerſaꝝ rationū cōponit'.fo.xj.
Volūtas pōt in inſtāti velle ⁊ ſucceſſiue.fo.xv.
Volūtas an poſſit allici retrahi:facilitari:difficltari:ſpōtaneari: cogi:neceſſitari:impoſſibilitari: violentari.fo.xv.⁊.xvj.
Volūtatē neceſſitari eſt noueꝫ modis dicibile.fo. xiij.⁊.xiiij.
Volūtas an in foꝛo dei pꝛo facto reputetur.fo.xxxj.
Volūtas ſola an ad meritum ſufficiat qn̄ nō adeſt facultas.fol.xxxj.
Volūtarij attenuatio.fo.xxxvij.
Voluntarij minutio.fo.xxxvij.
Volūtarij tria īpedimēta fo xxxviij.
Volūtas coacta ē volūtas.fo.xxxix.
Voluntas dei ſigni aut bñplaciti ⁊ q̄lit' q̇s ei ſe ꝯfoꝛmare teneat'.fol.xlj.
Volūtatis cōſul atq̧ directoꝛ eſt intellectus.fo.xiij.
Vſure diffinitio.fo.lxiij.
Vſurā quālibet foꝛmalē atq̧ ſymoniā

vitare poteſt doloſa mens.fo.lxiij.
Uſure radix ex qua poteſt quinqꝫ mo dis abſqꝫ vſura ſperari poſſe lu-crum.fo.eo.
Uſuram exuperat quãdoqꝫ iniquitas in fraudem vſurarũ cõmiſſa.f.eo.
Uoti puri minor eſt obligatio ꝙ̃ prece pti reſpectu eiuſdem operis cete-ris alijs paribus.fo.lxxiiij.ꝛ.lxxv.
Uitalis immutatio.fo.xciij.

¶Tabule finis.

¶Nicolai Michaelis Remeñ. ſuper ſaluberrime huius Ethologie eudo-xia/ad generoſum ꝛ illuſtrem omnige nea rutilantem doctrina ꝛ virtute do minum Guidonẽ Walipaſium phi-lodulum diui Antonij Remorum cõ mendatorem:ſapphicum carmen.

Hoc opus ſanctos varijs niteſcens
Frugibus/vaſto venerãde ſeclo
Innouat mores:docuitqꝫ geſtus
Guido pudicos.
Inſtiga mites rutilis camenas/
Regios Remis celebrare cantus:
Atticus veſtras ſubijt penatum
Dedalus arces.
Nil iuuat ditem domuiſſe creſum:
Nec mydam fluxis opibus miſellum:
Cuius haud dulci maduit caduca
Uita liquore.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# De libero arbitrio virtutis atqȝ vitiſ ſubiecto ſuſceptiuo. Capitulum primum.



In appetitu non quolibet ſed libero ſunt primario virtutes aut vicia ſecundario autem in reliquis potentijs quibus ipſe imperat ⁊ dominatur ineſſe poſſunt. Non igitur plãte aut bruto aut homini rationis experti competit virtutis aut vicij operatio. Quo fit nullã naturã creatam preter angelũ vel rationalem animam eſſe virtutis aut vicij capacem: eſſe beatificabilem aut eterne ſubiectibilem miſerie. Primum quidē entium eſt immenſus potentie ſapientie ⁊ bonitatis fons: nõ vicio irretibile: nec aduẽticia virtute perfectibile non mereri aut demereri: nec denicȝ pro his premiari vllatenus poteſt: cui idẽtificatur bonitas: creature autem inherenter accidit. *S. bonitas moralis.*

Virtutis ſubiectũ receptiuum.

Corolariũ.

Dei ⁊ creature multiplex differentia.

**Primum notabile.** Triplex eſt appetitus: videlicet naturalis: ſenſitiuus ⁊ rationalis. ¶ Appetitus naturalis dicitur cui eſt inclinatio ad quid nullam cognitionem preſupponens: ⁊ cuilibet enti competit: nam cuicuncȝ ineſt naturalis aliqua inclinatio. Tali enim appetitu omnia bonum apppetunt: videlicet quodlibet perfectionem ſuaȝ. Eo pariter appetitu omne viuens nutrimẽtum appetit: quo fit vt radix a terra: a radice trũcus: a trunco rami: prout a ſtomacho epar: ab epate vene: a venis ſingula membra nutrimẽtum trahant: quatenus in ſuo eſſe permaneãt: ⁊ ſuas operationes perficiãt. Amplius ineſt huic appetitui etiã ſine cognitiõe vis quedã cõuentẽtis a diſcõueniẽti diſcretiua: videmus mebrũ ab eadẽ nutrimẽtali maſſa per modũ electiõis portionẽ ei cõplexionalẽ attrahere: prout mẽbrũ melãcolicũ partẽ alimẽti melãcolicã: flegmaticum flegmaticã. Et ita radix a terra etherogenea partem ſue ſpeciei conuenientẽ elicit ⁊ attrahit. ¶ Appetitus ſenſitiuus (q̇ et ſenſualitas appellatur) eſt ipſe ſenſus natus mediante cognitione ſenſitiua obiectum proſequi: vel fugere ſecundum quod ſue nature conueniens vel diſconueniens. Tot igitur ſunt appetitus ſenſitiui ſiue ſenſualitates in homine quot ſenſus: videlicet quincȝ exteriores ⁊ vnus interior dictus fantaſia: verũ credo pariter appetitus ſenſitiuos interiores iuxta interiorum ſenſuum numerum multiplicari. Patet igitur non cuilibet ineſſe ſenſitiuum appetitum. Non competit enim deo aut angelis vel animabus ſeparatis: cum in nullo eorum ſenſus aliquis exiſtat: ſoli enim animali ineſt.
¶ Appetitus autem rationalis: eſt ipſa voluntas nata mediante cognitiõe intellectiua mere libere proſequi aut fugere obiectum. Non igitur cuilibet ſed ſoli agenti libero competit: videlicet deo angelo et anime rationali ſiue homini.

Quid appetitus naturalis cuive cõpetat.

Quid appetitus ſenſitiuus.

*Appetitus ſenſitiuus non ineſt cuilibet

Quid appetitus rõnalis ⁊ cui ineſt.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Patet inſuper triplicem illum appetituz ſoli homini ineſſe naturalem ſenſitiuū ꝛ rationalem. Deo ꝛ angelis competunt naturalis ꝛ rationalis: bruto naturalis ꝛ ſenſitiuus/ alijs rebus inanimatis ſolus naturalis.

** Soli hoī triplicē ineſſe appetituz.*

**Secundum notabile** ex precedenti ſequens: conueniunt ꝛ differunt appetitus ſenſitiuus ꝛ rationalis. ¶ Conueniunt quoniam vterqꝫ cognitionem obiecti preſupponit: ita ꝙ neuter ſine obiecti cognitione actuz habet proſecutionis vel fuge. Ex hoc manarūt hec dicta. Primum: nihil eſt volitum niſi precognitum. Secūdum voluntas eſt in ſuis operationibus ceca. Tertium: voluntatis illuminator atqꝫ cōſul eſt intellectus: ipſa nanqꝫ nullum proſequitur/ aut refugit obiectuz niſi ei ab intellectu oſtenſum. Intellectum autem oſtendere volūtati obiectum aliquod eſſe proſequendum aut fugiendū/ eſt intellectum iudicare illud eſſe tale vel ſaltem apprehendere. Appetitus ſenſitiuus eſt pariter dicendus cecus nam a cognitione ſenſitiua illuminatur prout voluntas ab intellectiua cognitione quin imo crediderim appetitum naturalem plenius nominandum cecum: cum ſine lumine ei coaſiſtente tendat inobiectum. ¶ Differunt autem. primo: quoniam appetitus ſenſitiuus actum ſuum pure naturaliter habet: pure quidem naturaliter ſic ꝙ poſita alicuius obiecti conuenientis nature ſue noticia/ non eſt in ſua poteſtate quin proſequatur illud ꝛ in ipſo adepto delectetur: poſita ſimiliter obiecti diſconueniētis natnre ſue noticia non ſubiacet eius facultati nō refugere: ꝛ quin ei ſit dolor: voluntas autem actum ſuum libere elicit: libere quidem. nam poſita qualicunqꝫ in intellectu noticia manet libera volitionem aut nolitionem elicere vl' neutram. Secundo differunt: qꝛ obiectū eſt appetitui ſenſitiuo ex natura rei conueniens vel diſconueniens: ſcilicet ex proportione vel diſproportione eius ad organum corporeum: non ſic de voluntate: de qua eſt hoc commue dogma: obiectum voluntati eſſe cōuenieus vel diſconueniens non ex natura rei: ſed quia ab ea volituz vel nolitum: de ſummo tamen bono quod eſt deus: de ſumma pariter miſeria diſceptant nōnulli an ex natura rei illud ſit voluntati conueniens ꝛ iſtud diſconueniēs: de quo alibi. Obiecta igitur ex ſua natura ſenſum ledunt non ſic autem ex ſua natura obſunt voluntati.

*Cōuenientia appetituum ſenſitiui ꝛ rationalis.*

**Intellectū oſtendere volūtati obiectuz aliqđ eſſe fugiēdū vel proſequendū qd ſit Appetitꝰ ſenſitiuus dicendus eſt cecus.*

**Tertiuz notabile** precedentis corollariuz. Differt appetitus naturalis ab alijs: nam eius actus ſcilicet proſecutio vel fuga non eſt quid ei condiſtinctum ipſius vero appetitus ſenſitiui aut rationalis actus proſecutiuus vel refugitiuus eſt accidens condiſtinctū atqꝫ vitaliter potentie appetitie immutatiuuz. Exempli gratia ipſius materie deſiderium ad formam eſt ipſa materia formam appetens ſiue deſiderans: ſed voluntatis vel ſenſus deſiderium ſeu volitio non eſt ipſa voluntas aut ſenſus: ſed accidens inherens. Secus de deo: nam ꝗcquid in eo eſt/ eſt ipſe deus: dei em̄ cognitio aut volitio eſt ipſe deus cognoſcens aut volens. Eſt enim ens ſimpliciter ſimplex: ſcilicet ſimplicitate tam compoſitionem ꝙ̄ inherentiam excludente: deus eſt ens non ex entibus compoſitum: non alicui vnibile vnione ens vnuz ex pluribus fabricante: deus pariter eſt ens nullius accidentis ſuſceptiuuz: non eſt igitur aduenticia virtute perfectibile: ſed conſummate inaugmentabiliter perfectum non habens eo maius a quo legem recipere valeat: quare nec mereri nec premiari poteſt diuinitas.

*Differentia appetitꝰ naturalis ab alijs*

*Deus ē ens ſimpl'r ſimplex.*

**Quartum notabile** duplex eſt virtꝰ: actualis videlicet ꝛ habitualis. Prima quidem eſt actus ratio ni recte conformis. Altera autem habitus eſt ad actum huiuſmodi inclinatiuꝰ. ¶ In ea enim potentia eſt inheſiue in qua actus: quare non eſt habitualis virtus niſi vbi eſſe poteſt actualis. ¶ Duplex pariter viciuz/ actuale videlicet ꝛ habituale. ¶ Corrolaria habes. Primum: bonitatis denominationem aut malicie ſortitur habitus ab actu: eumqꝫ ſequitur vt ſolſequium ſolem. ¶ Secundū: actꝰ

*Duplex virtus.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſucceſſiue bono ⁊ malo exiſtente ſuus habitus ſic permutabitur: eritqꝫ virtus ⁊ vicium. ¶ Tertium contingit ex virtute genitum eſſe vicium: ac ex vicio virtutem. patet in actibus de bonitate in maliciam ⁊ contra permutabilibus contingit ex actu nunc bono naſci habitum qui viciabitur vtpote actu eius viciato: pariter ex actu nunc malo habitum gigni: qui rectificabitur eius actu rectificato.

**Quintum notabile.** Quorundam eſt opinio qui inter appetitum rationalem ⁊ ſenſitiuum mutuā aſſerunt eſſe in actibus emanationem: ita ꝙ voluntate actum eliciente emanat actus ſimilis in appetitu ſenſitiuo rebellante: ⁊ contra ſenſus voluntati actum ſuo ſimilē immittit. Ex illis aūt actibus naſcuntur ⁊ habitus. Hos aberrare crediderim. Tum a ſenſatione cauſatur in ſenſu actus apppetitiuus non a voluntatis imperio. Tum etiam: nequit voluntas ſui ſenſationem immittere igitur nec appetitionem. Preterea ſe compaterentur in ſenſu actus contrarij: videlicet actus ex ſenſatione productus ⁊ actus contrarius a voluntate immiſſus: ⁊ inde ſimul eſſent eiuſdem dolor ⁊ delectatio. Amplius liberum eſſet voluntati obiectum ſenſui doloroſum facere ei delectabile ſolo eius imperio. Huic autem obuiat experientia. ¶ Concludo igitur non ſic eſſe appetitus rationalis ⁊ ſenſitiui mutuam in ſuis actibus emanationem: hinc nec in habitibus: non enim voluntatis actus habitum gignit in ſenſu: aut actus ipſius ſenſus habitum in voluntate: ſed dumtaxat in potentia in qua ipſe eſt.

*In volūtas ſē ſui actū imitat aut ꝯtra.*

*Cōclo rñſus*

*De vtutū ſubiecto ꝯclones*

**Prima concluſio** in ſolo appetitu ſunt primario virtus ⁊ viciū patet: ſolitus appetitus ſunt proſecutio vel fuga in quibus ſolis vel eorum omiſſionibus reperit̄ laudis aut vituperij ratio primaria.

**Secunda concluſio** in ſolo libero appetitu reperitur ꝑmario virtus aut viciū oſtendo: potiſſima laudis aut vituperij ratio eſt libertas vt infra per ampli⁹ docebimus.

**Tertia concluſio** reliquis potentijs non oīb⁹ ſ; qb⁹ imperare atqꝫ dominari poteſt voluntas ineſſe poſſunt virtus ⁊ vicium. Patet operationes ab actibus liberi arbitrij imperate cōtrahunt ab eis laudis ⁊ vituperij rationem: atqꝫ conformitatem vel difformitatem ad rationem rectam ab eis retinent.

*Due ſeqntes ꝯclones notande.*

**Quarta concluſio** non eſt plene virtutis actus aut habit⁹ in appetitu ſenſitiuo: oſtendo: ſenſus non eſt cognitionis eorum capax que ad illud requiruntur. non enim finis vltimi aut aliarum circunſtantiarum requiſitarum cognitiuus eſt ſenſus: ſed dumtaxat accidentium ſenſibilium. Non igitur valet ſub ratione virtutis aut vicij ferri in obiectum: ſed ſub quadam ſenſualis commodi vel incommodi conditiōe an enim rationi recte aliquid ſit conforme aut difforme non conſiderat: ſed tanqꝫ nature conueniens aut diſconueniens apprehendit ſenſibile. ¶ Actui itaqꝫ aut habitui voluntatis circa inſenſibile nequit in ſenſu actus aut habitus quiſpiā reſpondere: quare nec virtuti virtus aut vicio vicium. Circa ſenſibile autē non conſiderat ſenſus an proſecutio aut fuga legi quadret: an obuiet: eſtqꝫ mere naturalis: quare non proprie virtus aut vicium nec eius pariter habitus.

**Quinta concluſio** habitib⁹ liberi arbitrij circa ſenſibilia impertinens eſt alios habit⁹ in appetitu ſenſitiuo correſpondere patet: non eſt repugnans aut neceſſario concomitans: ſed quandoqꝫ accidit quandoqꝫ non iuxta alia ſenſum immutantia. Contingit eñ voluntatem conformiter ad ſenſum immutatum appetere prout in cibo: coitu ⁊ huiuſmodi: ⁊ ſic actui ſenſus reſpondet voluntatis actus: ⁊ habit⁹ habitui



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Contingit autem nonnunq̄ contrarium videlicet voluntatem ſenſui repugnare. ſic actui ⁊ non habitui voluntatis non naſcitur correſpondens in ſenſu: ſ; cōtrarius. Quandoq̄ autem neutro modo, vtpote voluntate actum eliciente non appetitu ſenſitiuo conformiter aut difformiter immutato: ſic non reſpondet habitus conformis aut contrarius.

An aīa bruti ſit factibilis libera.

**Primum dubium** an anima bruti ſit a deo factibilis libera ⁊ per conſequens virtutis aut vicij capax. ¶ Reſpondeo non: quoniam ſic brutum fieret homo ſcilicet animam rationalem habens. tum etiam libertas eſſentialem inſequitur naturam. Repugnat enim eſſentie anime bruti effici liberam: ſiue liberi arbitrij participem.

**Secundum dubium** an preter angelū ⁊ animam rationalē ſint a deo factibiles creature virtutis atq̄ vicij capaces ſcilicet libero arbitrio inſignite. ¶ Reſpondeo q̄ ſic. Nā preter angelorum ⁊ animarum ſpecies que iā ſunt: ſunt factibiles alie ſpiritualiū ſubſtantiarum ſpecies quas quomodo appelles non curo.

Liberi agentis diffinitio in quo ve cōſiſtat libertas.

Agens liberum eſt agens potens ex ſe in oppoſita: alijs diffinientibus eſt agens potens actum elicere ⁊ nō elicere poſitis omnibus cauſis ad actum requiſitis: addiderim ex ſe id eſt propria eius determinatiōe: competit eñ igni ad oppoſita poſſibilitas ſcilicet poſſe calefacere poſſe non calefacere: huius tamen contingentie executio nō ex determinatione propria: ſed ab extrinſeco adueniente ſue actioni ad quam naturalr̄ determinatr̄ īpedimento. voluñtas aūt poſitis ceteris alijs cauſis potens eſt ſemetipſam ad actū aut actum contrarium: aut ad actus omiſſionē prout libuerit determinare.

**Primum notabile** magnam ingeſſit doctoribus perplexitatem agētis liberi diffinitio: diffinitioni enim agentis liberi per potentiam ad oppoſita obijciunt: competit igni ad calefaciendum ſimiliter ad non calefaciendum potentia: propter id alij addiderunt poſitis omnib⁹ alijs requiſitis q̄ autem ignis quandoq̄ non calefaciat eſt defectu alicuius alterius: ſed obijcitur: nequit voluntas non elicere actum poſitis omnibus requiſitis ſcilicet poſito prime cauſe concurſu: in hac replica doctores contremiſcunt. non igitur addatur aut addita intelligatur cum actu poſitiōis cauſarum ⁊ aptitudine cauſalitatis earum: ſcilicet relique cauſe inſint aptitudinē cauſantes: quare non recte ſubſumitur in ſenſu compoſito nequit voluñtas creata non elicere actum poſito concurſu dei: ſed dici deberet poſito deo parato voluntati coagere. hoc amplius libro de libero arbitrio examinabo.

Libertas duplex.

**Secundum notabile** duplex libertas vna contradictionis ſcilicet: q̄ potens eſt ex ſe elicere actū et etiā nō ex ſe elicere contrarietatis autem que potens eſt ex ſe elicere actum ⁊ etiam actum illi contrarium: alij libertatem complacentie ſuperaddunt: que ſcilicet complacet aliquid eſto q̄ nequeat voluntas impediri illud: ſic dicitur pater in diuinis libere producere filium ſcilicet complacenter quem tamen naturaliter producit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Sequūtur corelaria.** Primum. Nullū agens non cognitiuum eſt liberū: nec omne cognitiuum ſcilicet ſolum intellectiuū: quodlibet em̄ aliud ex ſe determinat̄ ad vnū ad cuius oppoſitum nequit ſemetipſum determinare q̄uis valeat ab extrinſeco: poteſt enim deus impedire ignem calefacere ceteris alijs cauſis applicatis nequit, tamē ignis propria virtute huiuſmodi actionē ſuſpendere: nullum pariter brutum eſt agēs liberū: quia nequit ex ſe reniti cauſis ſufficientibus cū ſenſu ꝓducere actum: dicente Damaſceno: rationis expertia nō ſunt liberi arbitrij poteſtate donata: nam ducūtur magis a natura q̄ ducant. homo autem ducit magis naturā q̄ ducatur. Obiecto enim per ſenſationem vel per imaginationem preſentato: brutum mox ſine electione prorumpit in illud ſecundū apprehenſionis cōmodi vel incōmodi qualitatē: q̄ ſi duoꝝ contrarioꝝ occurrant apprehenſiones fortior trahit ipſum: ſic canis cibum dimittit neceſſitatus verberū timore: nec ſubiacet facultati eius ſtante tanta ⁊ tali verberū imaginatione capere cibū: quare non eſt ibi electio ſed quidā neceſſitatis tractus: ⁊ ita de varijs brutoꝝ ſagacium operibus que quandā electionis atq̄ libertatis imaginem habere videtur.

Libertas q̄bus cōpetat

**Secundū corelariū.** Hoc nomē liberū arbitrium duo importat: ſcilicet voluntatem per hāc particulam liberū: ⁊ actum intellectus per hanc particulam arbitrium. nā proprie arbitriū eſt intellectus iudiciū: verūtamen capitur hic arbitriū non ꝓ actu intellectus: ſed ꝓ voluntate actu intellectiuo directa.

Liberum arbitrium duo cōnotat.

**Tertium corelariū.** ſine nouo actu poteſt volūtas ab actu prelicito deſiſtere ſuū pure negatiue ſubſtrahendo cōcurſum: quare nō ſequit̄: ab hoc actu / ipſa deſiſtit. ergo vult ab hoc actu deſiſtere: immo concedendū eſt ab hoc actu deſiſtit ⁊ non vult ab eo deſiſtere: non dico eam nolle: quia nolo dicit poſitiuū actum: ⁊ ita ab omni actu ipſa deſiſtente concedo omnem actum ſuum ſuſpendit voluntas: ⁊ non vult oēm actum ſuum ſuſpendere.

**Quartum corelarium.** Nulla eſt tam fortis tentatio. aut vehemens hominis paſſio: que voluntatem valeat ad proximum libertatis actum eliciendum neceſſitare vel cogere. patet: manet ſemper libera prebere illis cauſis ſuum concurſum ſine quo non producitur a cauſa ſecunda voluntatis actus: ſecus de operibus exterioribus: nam ſuffragio cauſarum corporearum indigent defectu quarum impediri poſſunt: vel ab eis inuita volūtate fieri cuiuſmodi ambulatio locutio ⁊c.

Liberū arbitriū neceſſitare neq̄t tentatio libertatis

**Prima concluſio.** Agentis non liberi eſt poſſibilitas ad oppoſita: patet: ab extrinſeco dirigente actionem eius poteſt quādoq̄ impediri: quandoq̄ autē permittit agere.

**Secunda concluſio.** Propriū eſt agenti libero poſſe abſq̄ extrinſeco determinare ſeipſum ad actū vel ad contrariū aut ad neutrū. in hoc enim cōſiſtit libertas: patet ex dictis

**Tertia concluſio.** Soli agenti libero competit quod ſine ſue eſſentie ⁊ abſque extrinſeci auxilij mutatione valeat nunc intenſius nunc remiſſius conari atq̄ intenſius aut remiſſius agere: oſtendo: vnumquodq̄ naturalium agentium agit ſecundum extremum ſue potentie.

**Primum dubium.** An ſicut libero arbitrio ineſt libera actus elicitio etiam cōpetat ipſi⁹ act⁹ libera intēſio vel remiſſio. ¶ Rñdeo ſic in genere: nō aūt in ſpecie vel indiuiduo ꝓ ſtatu vie. Pōt em̄ intenſiorē vel remiſſiorē actū elicere: ſed in ſpē intēſionis. ſ. determinate hac preciſa intenſione vel remiſſiōe: aut in indiuiduo iſtū vel illū actum non

alium elicere non ei pro hoc ſtatu vie ſubeſt facultas.

Liberi arbitrij vſus a libero differt arbitrio.

## Secundum dubium.

an in dementibus et pueris ſit pro tunc liberum arbitrium. ¶Reſpondeo ſic quãuis nõ vſus ei⁹ eſt eñ qñq3 alicui poteſtas et nõ executio: liberũ aũt arbitriũ dicit facultatẽ libere operandi: q̃ eſt duplex ꝓpinq̃ ⁊ remota. ꝓpinqua poſito rationis vſu. ideſt intellectus remota aũt non poſito huiuſmodi vſu.

Liber actus quid.

Libero voluntatis concurſu denominat̃ ipſe actus liber. Actus igitur liber eſt actus libere elicitus a voluntate aut actus alicuius potentie cauſatus imperatiue ab illo: ille elicit⁹: iſte autem imperatus cõmuni nomine appellatur: ille primario liber iſte ſecũdario: ille immediate liber: iſte immediate naturalis.

Libertas actus non excludit cauſas naturales cõ producentẽ.

Omnis enim creature operatio efficientia primi agentis libera eſt: omniſq3 volũtatis create actus efficientia cognitionis aut alterius creati coagentis eſt naturalis: peculiarem tamen denominationem a voluntatis libera efficientia tanq̃ cauſe principalioris retinet. Omiſſionem pariter liberam diffinio cuius actum poterat voluntas libere elicere: aut mediante actu elicito effectiue imperare. Duplex veruntamen eſt imperata omiſſio: videlicet deficienter et efficienter: deficienter ea3 dico liberam que eſt ſolo actus voluntatis defectu: efficienter aute3 que eſt per actualem voluntatis efficientiam impedientis formaliter fieri huiuſmodi operationem que alias fieret.

## Primum notabile.

Libra eſſentialiter ẽ ipſa potentia nõ autẽ ſic act⁹.

Quamuis potentia ſit eſſentialiter libera nec poſſit manens in rerum natura deſiſtere eſſe libera: non tamen actus habitudine voluntatis create dicitur eſſentialiter liber: ſed eam accipit denominationem a libera voluntatis efficientia: cui coagit agens naturale naturaliter agens actum atq3 eundem naturaliter comproducens.

## Secundum notabile.

Dupliciter actus eſt liber ſcilicet primario ⁊ ſecundario. Primario q̃dem liber eſt ipſe actus voluntatis libere elicitus: actus autem ſecundario liber dicitur actus ex illo imperatiue productus: ⁊ iſte eſt ſimpliciter naturalis quemadmodum enim paſſo applicato producitur naturaliter ab igne calor: ſic efficaci volitione ambulandi poſita ſine extrinſeco impedimento producitur naturaliter ab illa volitione cum potentia ipſa ambulatio. iſta igitur eſt mere naturalis efficientia: quare merito non habet operatio illa imperata premium nouum eternum: immo ambarum eſt merces eadem: nec minor pro illo interiori efficaci ſolo q̃3 pro ambobus ſimul: quoniam igitur non niſi ſecundario eſt libera: ſic nec niſi ſecundario bona vel mala pro q̃nto ſcilicet effectiue imperatiue actui libero ſubordinat̃: nõ addit igit̃ actui inferiori niſi vt quidã volũt ꝓpe ꝓ q̃nto in opis executiõe intẽdit̃ volũtas. Sed hoc mõ etiã qñq3 minueret: qm̃ ꝓpẽ executiõis laborẽ vel aliã incõmoditatem ꝯtingit volũtatẽ remitti. ¶Sequunt̃

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

correlaria. Primum: liberi actus voluntatis omiſſio dicitur primario libera omiſſio autem actus imperati ſecundario. Sic igitur ex voluntatis omiſſione primario libera ſurgit omiſſioni operis exterioris malicia. nam illa eſt primario libera. iſta autem ſecundario. an enim ad omiſſionem eſſe liberam requiratur omiſſi cognitio infra examinabitur.

¶ Scđm Correlariū: frequēter opatio eſt volita actu interiori malo q̄ nō eſt mala vel bono bona. patꝫ: q̄ñꝗ non eſt effectiue ab illo: ratione enim efficientie actus liberi contrahitur actui exteriori bonitas vel malitia: combuſtio enim domus proximi volita non contrahit ab illa volitione bonitatem vel maliciam: operationum igitur volitarum quedam eſt effectiue a volitione: quedam non. — Operationū quelibet volita eſt libera

¶ Tertium Correlarium. Imperium eſt voluntatis actus. patet: eſt quo fit operis oſtenſi executio: exequi autem imperatum opus eſt voluntatis non intellectus. ¶ Dico igitur imperium eſſe volitionem: et quemadmodum poteſt quis non ſubiectis imperare ꝛ ſine imperij executione/ ſic voluntas potentijs q̄ non ei ſubſunt imperare poteſt non dominari/ prout ſunt digeſtiua/ nutritiua/ ꝛ ſimiles: quare proprie differunt imperium ꝛ dominium: cuiuſcunꝗ enim operationis volitio poteſt imperium appellari: non autem dominium: ꝛ ꝗuis nomē imperij ad efficacem volitionem reſtringatur: non adhuc omne imperium eſt dominiuꝫ: nihilominus confundi ſolent hec duo nomina in quo nec vim facio. — Imperium ꝛ dominiū differunt.

**Prima concluſio.** ſolius voluntatis conatus/ actus/ et omiſſio liberi ſunt ꝛ hec ſola tria eius ſunt libera. ¶ Primū patet/ conatus aut actus vel omiſſio denominationē ab agente libero recipit aut rectius a libere conante agente vel omittente. ¶ Secūdum autem oſtendo: reliqua voluntatis accidentia prout paſſiones ꝛ habitus non per liberam voluntatis efficientiam fiunt.

**Primū dubium.** Cum cuiuſcunꝗ rei create productio vel conſeruatio ſit libertate primi agentis libere: an quecunꝗ talis productio vel conſeruatio ſit bona. ¶ Reſpondeo. Bonitate entis nō eſt dubium. Ōis res bona ē: odij em̄ dei aut cuiuſcūꝗ alterius actus moraliter mali entitas eſt res bona atꝗ a primo fonte perfectionē aliquā retinēs: loquendo autem de bonitate pro cōformitate ad rectam rōnem dico: cuiuſcunꝗ operis: creature cōproductio dei q̄ eſt ipſe deꝰ eſt bona actio: eiuſdē aūt opis cōproductio libera creature eſt culpabiliter mala: hoc intereſt. qm̄ nō aſtringit lege deꝰ: creatura aūt ſic: tum etiā creatura opus producit qualiter tenet non pducere: non autem deus: idem igitur opus bene fit a deo ꝛ male a creatura.

Cum liberi arbitrij ſuper aliam potentiam dominium in eius cauſalitate efficiente conſiſtat conſequens eſt ipſum liberum arbitrium ſup ſolam illam potentiam et in omnem illam habere dñium: ad cuiꝰ opationis pductionē pōt mediante ſuo imperio effectiue cōcurrere. Nō igit̄ potētie naturali: non vegetatiue: non ſenſitiue dñatur: intellectiue aūt ꝛ motiue ſic: intellectiue quidē partim quo ſcilicet ad actus credendi ineuidentes quos nec ſine aſſenſu motiui efficere poteſt ordine terminato ad euidens. Potentie localiter motiue tres ſunt: q̄rum naturali cuiuſmodi eſt cordis et arteriarum pulſatiua non dominatur: voluntarie au — Liberi arbi. ſuper aliam potentiā dominium in q̄ conſiſtat. — Liberi arbi. quibꝰ dominetur potentijs.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem ſic:aptatis organis:in motiuam vero ex illis mixtam qualis eſt pulmonis partim dominium habet.

Aīa eſt oīuʒ operationuʒ vite effectiuum principium.

**Primum notabile.** macrocoſmum mundum videlicet maiorem regit deꝰ. microcoſmū aūt minoremq̄ mundū anima. ¶Homo enim eſt mundus animatus cuius motor eſt rationalis anima omniū operationum vite principium effectiuū:quarūdam mediante qualitatiuo vel organico inſtrumēto: quarūdam non. Ad animationem vegetationem ⁊ motionem deſeruiunt ipſi aīe complexio ⁊ organū: pariter ad ſenſationem ſaltem diſpoſitiue.qđ addo quoniā effectiue ab obiecto vel ſpecie cum potentia cauſatur omnis ſenſatio ad quam influxus cerebri ſenſum diſponit ad actus aūt intellectiuos q̄tum eſt ex ſe anima non indiget corporis complexione vel organo.p hoc ſtatu aūt ſic videlicet ratione colligantie ⁊ immerſionis ipſius intellectus cū ſenſu cuius fantaſmata(dicit Ariſtoteles)neceſſe eſt intelligentem ſpeculari.

Microcoſmi diſtinctio.

**Secundum notabile.** microcoſmum ſeu regnum qđ inhabitat ⁊ regit anima ſic alibi diffiniui:eſt archa quedam tricamerata/leni corio cooperta/elegāti forma cōmēſurata/oſſibus tanq̄ lignis(inter que vacuitates molliori ſubſtātia fortiter cōiuncta replentur)edificata/diuino quodam artificio tetragoniſata:videlicet q̄tuor mēbris principalibꝰ/quatuor humoribus/quatuor ſpiritibus/quatuor delatorijs/quatuor ſupfluitatum generibus/⁊ quatuor ſubſtentaculis archam totam ſuſtinentibus eamq̄ vehentibus cōpaginata.domus anime rationalis hec quatuor vitam/vegetationem/ſenſum/rationem:pariter ⁊ quadriformem motum largientis:demum autem capacis felicitatis eterne. ¶Primo quidē archa eſt humanum corpus nā eſt cōcauum clauſum multorumq̄ contentiuuʒ quatuor ſubſtentaculis egredientibus ſcʒ brachijs ⁊ tibijs ſuſtentatū atq̄ vectū. ¶Secūdo eſt tricameratū/videlicet camera ſeu vētre ſeu cōcauo triplici diſtinctum/infimo/medio/⁊ ſupremo/venter infimus eſt vmbilicale concauū membrorū naturaliū/medius eſt cōcauū pectorale mēbrorum ſpiritaliū/venter ſupremus eſt capitis cōcauū membrorū animaliū contentiuū. ¶Tertio eſt diuino quodā artificio tetragoniſatū/eius enim ſunt quatuor principalia mēbra/cor/epar/cerebrū/⁊ teſtes.cor animatiōis/epar vegetationis/cerebruʒ motus atq̄ ſenſus/teſtes prolificatiōis p̄ncipium.Eius pariter quatuor ſunt humores/ſanguis/colera/flegma/melancolia/quatuorq̄ ſpūs.ſcʒ vitalis a corde / naturalis ſiue vegetatiuus ab epate/aīalis a cerebro/genitiuꝰ a teſtibꝰ.Quatuor pariter delatoria ſcʒ arteria a corde ſpm̄ vitalē deferens cum cordis influxu.Uena ab epate deferens ſanguinem cū ſpū naturali.Neruus a cerebro deferens cuʒ influxu cerebri ſpiritum aīalē.Porus quales ſunt vutides ⁊ aliū per corpus quibꝰ de loco ad locum materie ⁊ influxus vehuntur.Sunt ⁊ quatuor ſuperfluitatū genera ſunt fumi ignei/vapores aerei/ſunt aq̄ſitates vrinales/ſudorales atq̄ alie/⁊ ſunt terreſtreitates prout in renibus lapilli ⁊ hmōi/quibus inteſtinoruʒ feces addantur q̄ oībꝰ illis generibus reperiuntur diuerſe. ¶Eſtq̄ domus anime rōnalis ⁊ habitaculum a qua ſunt quatuor operationuʒ gña ⁊ quatuor motuum. Operatiōes ſunt animatio/vegetatio/ſenſatio/⁊ intellectio cōprehēſis actibus appetitiuis.Eſt enim anima diſpoſitionū vitaliū conſeruatiua/quare quodammodo informationis ſue atq̄ animationis cauſa.De alijs autem tribus cōſtat. ¶Ipſa eſt pariter quadriformis motus p̄ncipiū/motus animalis liberi arbitrij/motꝰ animalis appetitus ſenſitiui: motus naturalis pulſatiui ſcilʒ gr̄a refrigerij prout pulmonis/cordis/arteriarū/⁊ motus naturalis attractatiui aut expulſiui quo mēbrū nutrimētū vel certam aliam materiaʒ attrahit aut

Homo archa tricamerata

Hō tetragoniſatus.

Operationū quatuor genera.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiam a ſe repellit.

**Prima concluſio.** Anima nõ eſt liberum animationis pncipium ſed naturale. patet ſuapte natura ⁊ omni circunſcripta cognitione operatur in corde a quo per vniuerſum corpus transfuſo influxu nititur anima vnionẽ informationis eius cum corpore cõſeruare ⁊ contingit quidem eã id facere nolentem: nequit enim anima libere a ſuo corpore ſemetipſam ſeparare vel ſeparatam informatiue vnire.

Anima non eſt liberũ animatiõis aut vegetatiõis aut ſenſationis pncipiũ,

**Secunda concluſio.** Anima non eſt liberum vegetationis principium ſed naturale: non igit̃ potentie vegetatiue dominatur voluntas. patet: non eſt talis operatio effectiue ab eius imperio: quinimmo velit nolit cauſis applicatis fit vel impeditur digeſtio nutritio ⁊ huiuſmodi. idem de ꝓlificatione que eſt potẽtie vegetatiue act⁹. ⁊ intellige non eſſe huiuſmodi operationes a libero arbitrio per modum imperij. quod addo: quoniã ſecus alia habitudine atq; ſequela qua anime paſſio corpus tranſmutat.

**Tertia concluſio.** Anima non eſt ſenſationis exterioris liberum principium: voluntas non dominatur potentie ſenſitiue exteriori ſiue cognitiua/ſiue appetitiua fuerit. patet: non eſt per imperium voluntatis operatio eius variabilis poſitis alijs cauſis. Exempli gratia omnibus alijs cauſis applicatis equaliter fit viſio velit nolit voluntas viſionem cauſari. quod autẽ voluntate animam retrahente ab aliquorum conſiderationibus ⁊ viſum conuertente ad obiectum fiat intenſior viſio non eſt illa gradualis intenſio effectiue voluntatis imperio. probo. nõ minus intẽſa fieret abſq; hoc actu volo intẽſe videre: calefactio enim non eſt effectiuẽ a ſorte obſtaculum inter ignẽ ⁊ paſſum remouente ptʒ. fieret abſq; calefactiõis imperio: remouet pariter voluntas prohibens viſum cõuertendo obiecto ⁊ animam ab alijs retrahẽdo: anima enim pluribus attẽta eſt ſingulis debilior. Et ita de appetitiua dicas: non eñ eſt voluntati poſſibile quin viſis tangamur: quin ex obiectorũ ſenſationibus ſurgãt motus appetitiui in ſenſu. ¶ Patet igitur nullam ſenſus exterioris operationẽ eſſe liberam: ⁊ hinc nullam eſſe moraliter bonam vel malam.

**Quarta concluſio.** Anima non eſt ſenſationis interioris liberum pncipium: voluntas non directe ſenſui interiori dominatur/ſiue cognitio/ſiue appetitiõ. patet vt pcedens. in primis quidẽ de cognitiuo quãtũ ad intuitiuam notitiam eadẽ eſt ratio cum ſenſu exteriore: quo aũt ad abſtractiuam experimur quãdoq; nos recordari aliquorum nolentes: ⁊ quorundã in particulari recordari volentes non poſſumus. dico in particulari quoniam impoſſibile eſt velle alicuius recordari ⁊ nõ illud cognoſcere cum non ſit obiecti volitio ſine eius aliqua cognitione. ¶ Et idem de appetitu ſenſus interioris dico: nam ſurrepẽtibus obiectorũ cogitationib⁹ atq; recordationibus ſcatẽt mox velimus nolimus motus proſecutiõis aut fuge: atq; ex eis paſſiones ꝓportionate nec per ſolum volũtatis arbitrium atq; imperiũ effectiue augent̃ vel minuũtur: ſecus occaſionaliter ⁊ applicatiue. inſurgẽte eñ excogitatione motu ſenſualitatis poſſunt ſenſus obiectis vel obiecta ſenſibus localiter applicari: quibus fantaſia occupata ceſſat ab aliorũ conſideratione: ſine qua perit in appetitu ſenſitiuo prior motus atq; paſſio. hinc verum eſt virtuti inimicari ociũ quo fouentur ⁊ creſcunt ſenſualitatis motus: ſenſu nõ alteri attento.

**Quinta concluſio.** Voluntas intellectui quãtum ad aliquos actus dñatur: ⁊ q̃tum ad alios non. ¶ Eſt eñ duplex notitia vcʒ apphenſiua ⁊ iudicatiua. pma duplex: intuitiua ⁊ abſtra-

Anima eſt a licitus itellectionis non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*cuiuſlibet liberum principium.*

ctiua ⁊ pariter iudicatiua: duplex euidens ⁊ ineuidẽs. ¶ Intuitiua enim ab obiecto ⁊ potentia cauſatur. Abſtractiua a ſpecie ⁊ potentia. ¶ Aſſenſus euidens a noticijs apprehenſiuis terminorum. ineuidẽs ab alicuius motiui aſſenſu.

*Notitiarũ ſingula gña a quib⁹ cauſentur.*

¶ Quo enim ad primum genus dico: nõ attingit voluntas per ſuum imperiũ efficientiã noticie apprehenſiue: nec intuitiue: nec abſtractiue. oſtẽdo: nequit intellectus impediri intueri obiectum vel recordari obiecti per ſolum voluntatis imperium nolentis id fieri ſcʒ non exiſtente aliunde impedimento: nec pariter ad intuitionem aut recordationem effectiue duci: preterea nec ſolo voluntatis imperio huiuſmodi intellectiua intuitio vel recordatio augeri vel minui põt.

¶ Obijcio: Primo de intuitiua: voluntas per ſuum imperium de potentia vaga nõ vagam facit: ſcilicet viſum atqꝫ intellectum fixe viſibili cõuertit ad particulariter ꝯſiderãdas eius circũſtãtias: quo medio experimur huiuſmodi potentiaʒ viſiuam atqꝫ intellectiuã intenſius intueri obiectum: atqꝫ particularius de partibus diſcernere in eo contentis: de rugis: de punctis: de figuris et alijs modicis que ſine voluntatis imperio potentia preexiſtens vaga etiam alteri non attenta non intuebatur: non videtur autem id poſſe ſine voluntatis efficientia ſaluari.

¶ Preterea: aliter obiecti pedalis cuius ſunt infinite ſemipedalitates communicantes infinite cauſarentur intuitiones in viſu: infinite pariter in intellectu cum nil obſit niſi ponatur voluntatis concurſus. ¶ Secũdo de abſtractiua: rꝫ q̃ro cur vno tempore potius q̃ꝫ alio ſit recordatio / cũ eq̃liter ſemper ſit ipſi potentie ſpecies preſens. ¶ Preterea cur inter tantam ſpecierum multitudinem vna facit ſui obiecti recordationem potius quam alia niſi ponatur voluntatis coefficientia hanc ſpeciem vel iſtam determinans: id ſaluat Gregorius ariminenſis per liberam volũtatis efficientiã etiã quãdoqꝫ ſine proprio eius actu libere coagentis iſti ſpeciei vel illi / aut vno tempore ⁊ non alio: iſta eſt euaſio poti⁹ q̃ꝫ docta ſolutio: oſtendo. nã in brutis in quibus nõ eſt libertas reperiunt̃ ille effectuum differentie. ¶ Ad hec igitur omnia ſub compẽdio dico: primo in brutis animalibus hec accidũt / pariter in hominibus vſu liberi arbitrij carentib⁹. dico ſecundo aliunde prouenire vt li. poſteriorꝫ dixi in de libero arbitrio ampli⁹ reſponſurus. ¶ Cũ igitur cogitationes ipſe nõ effectiue ſicut a voluntatis imperio non ſunt libere / ⁊ ſic nec moraliter bone vel male / quandoqꝫ tamen volũtati ſubiacet indirecta earũ prouocatio aut reſecatio vt ſupra dixi miniſterialiter: ⁊ hec ſub imputatione cadere poteſt. ¶ Quo ad ſecũdum notitiaruʒ genus vna fuit opinio / tenens quemlibet actum credendi eſſe pure naturalem ſcilicet a motiuis intellectum neceſſitantibus nullo modo voluntate efficientiam eius attingente / potente tamen cauſas applicare ſcilicet propoſitiones / atqꝫ motiua intellectui offerendo / aut a contrarijs motiuis euʒ retrahendo / ⁊ de hac applicatione eſſet de actu credendi preceptum intelligendum. ⁊ cuʒ obijcitur quãdoqꝫ motiuum ineuidens vincit euidens / quod non fieret ſine voluntatis imperio cum euidens ſit fortius ineuidente / diceretur aliquod motiuum ineuidens eſſe aliquo euidente fortius per duplationem: vel triplationem.

*Volũtas abſqꝫ ꝓprio ei⁹ actu non coagit alteri potentie.*

¶ Huic opinioni obuiant ſanctorũ auctoritates de non credentibus: quia noluerunt. Uidemus etiam amore affectos facile his quos amant credere / his autem quos odio habent difficile. quod ſine voluntatis concurſu nõ ſaluatur. Dico igitur q̃tum ad aſſenſum ineuidentem / poteſt voluntas libere coefficere euʒ quandoqꝫ enim ad propoſitionem ineuidentem credendam motiuum eſt ſufficiẽs ſine voluntatis ſuffragio efficere aſſenſum. q̃nqꝫ eſt adeo debilẽ vt nõ ſufficiat per ſe illius propoſitionis aſſenſum cauſare / ſed ipſum et imperium volũtatis aſſentire ĩperãtis ſufficiũt hmõi actũ credẽdi ꝓducere / q̃nqꝫ pariter motiuũ ſufficiẽs aſſenſum cãre ẽ inſufficiẽs efficere ipm̃ firmũ / qð facit adiutũ volũtatis imperio / ſic in materia fidei quinimmo in alijs affectata voluntas crede

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re facit plus ꝙ ratio probat:ſic ⁊ cum aliquo motiuo diſſentire:quod ſufficieter ratio probat:hinc vni doctori affectus facile ſcriptis eius credit contra fortes rationes:et male affectus prompte diſſentit:amans facile amato credit vel aſſerenti bonum de eo: odiens per oppoſitum ipſe omnia de altero in malum per ſuſpitionem interpretatur ⁊ conuertit.hinc potiſſime amor ⁊ odiuȝ impediunt cernere verum:has igitur voluntatis affectiones a ſe diligenter excutiat veritatis indigator:ſeculi enim amatores promiſſionibus aut terroribus cito a tyrannis inducuntur contrarijs fidei credere:mundi autem contemptores perſiſtunt firmari.

Actus credēdi falſus moraliter bon⁹.

¶Sequitur ergo ipſos credendi actus ſic effectiue imperatos eſſe moraliter bonos vel malos:neque in hoc conſideratur ipſius aſſenſus veritas vel falſitas:ſed bonitas vel malitia affectus imperantis:contingit enim aſſenſum veri eſſe actum moraliter malum prout in eo que temerarie vult aſſentire:contingit etiam aſſenſum falſi eſſe moraliter bonum ſcilicet quo quis poſt ſufficientem rei indaginem vult credere:prelato enim falſum aſſerenti ſimplex vetula humiliter credere meretur tam actu credendi: ꝙ credulitatis volitione. ¶Quantum vero ad aſſenſum euidentem quidam voluntatem ſic dominari intellectui dicunt:atque libertatem eius adeo extollunt vt valeat cum aliquo motiuo facere intellectum primo diſſentire principio atque aſſentire eius oppoſito:⁊ cum illud ſit omnium euidentiſſimum: ſequitur quod cuicunque alteri propoſitioni euidenti poteſt voluntas cum aliquo motiuo facere intellectum diſſentire per eius imperium.Et conſequenter eſſent hec dicenda.Primum vno ſimplici aſſenſu et non pluribus ille aſſentit copulatiue ex contradictorijs compoſite: aliter ſimul eſſent per naturam aſſenſus contrarij.Secundum cum ex illa copulatiua euidenter vtraque partium ſeparatim ſequatur:ille aſſentit antecedenti conſequētie euidentis ⁊ non aſſenrit conſequenti:alias ſimul eſſent vt ſupra aſſenſus contrarij.Tertium: cum aſſenſu maioris ⁊ minoris atq; bonitatis conſequentie poſſet voluntas impedire produci concluſionis aſſenſum. ¶Quid igitur ſit dicendum.reſpondeo duplicem eſſe propoſitionem euidentem: quandam talem ex proprijs terminis:quandam ex premiſſis.Prima dicitur euidens euidentia intriſeca:ſcȝ cuius aſſenſus ſufficienter ex noticijs apprehenſiuis ſuorum terminoruȝ cauſatur non concurrente alio aſſenſu.Secūda aūt dicit̄ euidēs euidentia extrinſeca:que non eſt ſic ex ſuis terminis euidens:ſed fit talis per premiſſas euidentes euidenter inferentes eam.

Euidentia ītrinſeca.euidentia extrinſeca.

¶Et fateor ante demonſtrationis applicationem poſſe intellectum cum aliquo motiuo ei diſſentire etiam nullo imperio voluntatis adiutum:quare et voluntatis imperiū poſſe coagere(cuū ille aſſenſus ſit in ſe in euidens ) non eſt negandum. ¶Quo autem ad aſſenſum ex terminis euidentem dico eſſe duplicem: quidam cuius oppoſitum nō explicat contradictionem: quidam explicat. ¶Propoſitioni primi generis poteſt intellectus cum aliquo motiuo diſſentire etiam ſine voluntatis imperio: quare et cum imperio aſſumptum oſtendo: cum aſſertione viri qui credatur probus et mentitur aſſerentis indiſpoſitionem eſſe in viſu aut in medio aut in obiecto facientem falſe apparere album: poterit iſte ſimplex credens illam eſſe indiſpoſitionem diſſentire huic propoſitioni hec albedo eſt et credere non eſſe albedinem: illa nihilominus eſt vera propoſitio atque ex terminis euidens: quinimmo ſuppoſita probabili opinione dicentium per aliquam moralem poſſe naturaliter manere corrupto obiecto noticiam intuitiuam: credat quis eſſe corruptū et non ſit:⁊ſic cuȝ illa intuitiua hec ꝓpoſitio eſt:ex terminis.euidens hec res eſt:cui tamen diſſentit: non inconuenit enim cauſam aliquā naturalem a ſuo effectu impediri ſcilicet per cauſam fortiorem ꝙ ⁊ in actibus anime veritatem habet. ¶Sed quo ad propoſitionem euidentem cuius oppoſita contradictio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aſſentire oppoſito primi principij an contingat.

nem explicat.i.euidenter contradictionem habet: cuiuſmodi eſt primi principij oppoſitum: pariter copulatiua ex contrarijs vel contradictorijs conſtituta: illud poſſet apparenter negari ex intrinſeca natura rei repugnãtia: nõ eſt enim qualitas vna factibilis que ſit calor ⁊ frigiditas: aut vna que eiuſdem propoſitionis ſit formalis aſſenſus ⁊ diſſenſus: ille aũt aſſenſus copulatiue ex contradictorijs cõpoſite eſſet eiuſdẽ propoſitionis aſſenſus ⁊ diſſenſus: aſſentit quidez illo aſſenſu prime parti vt cõſtat ⁊ etiã illo aſſenſu diſſentit eidẽ cum ſue contradictorie illo actu aſſentiat: non videntur autem ille due immutationes vitales reſpectu eiuſdem propoſitionis eſſe eidẽ qualitati compoſſibiles aut eidem intellectui ꝑ naturam: ſuadeo qm̄ ex hoc cõſurgit duorũ aſſenſuum contradictoriorum naturalis incompoſſibilitas.

Alia eſt q̄rũdã operationũ potẽtie motiue liberum principium. Tria in hoīe ſunt motuũ genera.

## Sexta concluſio

dñatur voluntas potentie localiter motiue: poteſt mediante eius imperio operationez talem efficere. ¶ Uerumtamen occurrit notandum tria in homine eſſe motuũ genera. ¶ Quidam eſt naturalis prout cordis ⁊ arteriarum qui dicitur motus diaſtoles ⁊ ſiſtoles: iſte non ſubeſt voluntatis dominio. ¶ Quidam eſt voluntarius: prout membrorum organicus motus: ⁊ iſte ſubeſt. ¶ Quidam eſt mixtus: prout pulmonis dictus aſpiratio aut reſpiratio: ⁊ iſte abſq̧ voluntatis imperio ⁊ abſq̧ cognitione fieri poteſt: prout in dormiente: poteſt etiam per cognitionẽ ⁊ per imperium voluntatis immutari: ſcilicet velocitari vel retardari.

Motus progreſſiuꝰ qualiter ⁊ q̄ ordine fiat.

## Primum dubium

circa ſecundum motuum genus: qualiter et quo ordine voluntas mediãte ſuo imperio motũ progreſſiuum: atq̧ aliorum membrorum motiones producat: ⁊ a quo volitione ceſſante continuatur progreſſiuus motus. ¶ Reſpondeo: voluntas mediante ſuo actu imperans motum fieri toti corpori quendam imprimit impetum: ⁊ iſte remanet volitione ceſſante mouens corpus. Ordinatim quidem imprimitur talis impetus: primo cordi ⁊ ſpiritibꝰ: deinde cerebro: deĩde nucħe: deinde neruis: muſculis ⁊ lacertis: per quorum motum fit quedam aliarum partiũ cõtractio atq̧ laxatio ꝑ quam fit totius animalis motus progreſſiuus.

Liberi arbitrij indirectũ atq̧ miniſteriale eſt dominiũ in potentias mere naturales q̄rũ nõ operationes ſed libere requiſitorũ applicatiões ſunt moraliter bone aut male.

## Secundum dubium.

an aliquale ſit voluntatis in naturales potentias ſupra numeratas dominium. ¶ Reſpondeo vt ſupra: per motiuam potentiam habet voluntas in potentias illas dominium quoddam indirectum ⁊ ſecundum quid ſcilicet applicatiue ⁊ miniſterialiter: poteſt enim libere cibum ſtomacho immittere: ſine qua applicatione minime fieret digeſtio: ipſa quidem eſt proiectionis nutrimenti cauſa efficiẽs: ſed nõ ipſius digeſtionis ſic libere ipſa oculum aperit ſine quo fieret viſio ipſa igitur eſt efficiens apertionis oculi cauſa: non autem viſionis aperto oculo: poteſt pariter voluntas caput inſpectioni ſcripturam vel aliorum applicare per que varie mouebuntur cogitationes hec applicatio eſt libera: non autem cogitationum productio. Ad aliquod ſimiliter credibile poteſt libere premiſſas atq̧ motiua applicare: quibus etiam ſine imperio cauſabitur aſſenſus ſic applicatio eſſet libera ⁊ non ipſius aſſenſus productio. ¶ Patet igitur in quibus omnium iſtorum ſit moralis bonitas ⁊ malicia: ⁊ in quibus non: nõ enim videre mulierem ad concupiſcendum eſt peccatum: ſed huius volitio vel oculi apertio: aut capitis conuerſio ad videndum: nam iſtarum quelibet eſt libera: non autem illa. Et falluntur qui liberam applicationem potentie vel obiecti ab ipſa operatione naturali inde ſequente non ſecernunt non igitur de ipſa cogitatione opus eſt confiteri: ſed de cogitationis volitione: aut de libera applicatione potentie vel aliorum incitantium ad cogitandum aut de applicationis retrahẽtium omiſſione libera.

Liberũ arbi. an cuilibꝫ iudicio rationis ſe conformare valeat.

## Tertium dubium.

An voluntas cuilibet iudicio rationis ſe cõformare et cuilibet ſe diſformare valeat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Reſpondeo ſic in volendo:non autem in exequendo.¶Per conformare in vo
lendo intelligo velle ſic eſſe qualiter dictatur: et per conformare in exequendo
volitum intelligo exequi ita eſſe prout dictatur per iudicium.¶Primam partez
probo:voluntas quo ad velle eſt impoſſibilium quare a fortiori eſt quorumcun=
que aliorum.Et quo ad nolle eſt neceſſariorum:igitur a fortiori quorumcunque
aliorum.¶Secūda autē pars eſt nota de impoſſibili:qm̄ nequit voluntas exeq̄
ita eſſe qualiter ſignificat:poteſt em̄ voluntas velle creaturaꝫ aliquam deo eq̄=
ri:ſed nequit exequi.¶Obijcit ollrot tenens non cuilibet rationis iudicio volun
tatē poſſe ſe conformare.¶Primo nequit iſti iudicio ſe conformare:nihil eſt vo
litum:patet:detur oppoſitum ſcilicet velit nihil eſſe volitum:tunc ſic:vult:igitur
vult aliquid:igitur aliquid eſt volitum.ergo non ſe conformat illi iudicio nihil
eſt volitū.¶Reſpondeo:ſe conformat in volendo quāuis non in exequendo.
¶Preterea arguitur de iſto iudicio:nulli iudicio volūtas ⁊ ſe conformat aut nul
li iudicio eſt ſe conformādum:detur quod illi ſe cōformet alicui iudicio ſe cōfor=
mat:igitur non ſe cōformat iudicio dictāti nulli iudicio ſe eſſe conformandum.
¶Rn̄deo:pōt velle nulli iudicio ſe ꝯformare ⁊ ſic in volēdo ſe ꝯformat illi iudicio
nulli iudicio eſt ſe ꝯformandū:patet vult ita eſſe:nō aūt ei ſe cōformat in exequē
do.¶Replico:nequit voluntas huic iudicio ſe cōformare:eſt maluꝫ volendū:eſt
miſeria amāda:aut iſti bonum eſt odiendum:deus eſt odiēdus.¶Reſpondeo:
q̄uis quorūdam opinione non ſit poſſibilis amor ſumme miſerie aut odiū ſum
mi boni de quo infra non ſequitur ex hoc actuum reflexorum impoſſibilitas ſci
licet velle amare ſummam miſeriam velle odire ſummū bonum.

Potentiam appetitiuam dirigit cognitiua: ap
petitiuam quidem naturalem cognitiua intelli
gentie non errantis:appetitiuam autem ſenſiti
uam vel rationalem cognitiua ei coniuncta: me
rito igitur cecus dicendus eſt appetitus: nihil
que volitum niſi precognituꝫ.Cuilibet enim cognitiue ſua
correſpōdet appetitiua ei realiter identificata:⁊ in ſuis acti
bus ei proportionata:atque in eiſdem dependens ab ea.

Cognitiue ad potētiā ē dirigere ⁊ appetitiue exequi.

**Primum notabile.** Ipſius potentie cognitiue eſt
dirigere appetitiue autem
exequi.¶Potentiarum vero appetitiuarū quedam dirigitur a po
tentia cognitiua ei eſſentialiter ꝯiuncta ꝑut ſenſitiua ⁊ rationalis:
q̄dam autē a cognitiua et extrinſeca prout appetitiua naturalis q̄
a prime cauſe intellectu infallibili dirigitur.¶Agens enim natu=
rale vnitatem modi agendi preciſius retinet minuſque in effectibus variabile.
Plus autem agens ſenſitiuum.Et plurimum agens liberum in ſuo modo agen
di diuerſificatur.

Cognitie ad appetitiuam habitudo q̄=druplex.

**Secundum notabile.** Quadruplici habitudine:vt ſu=
pra tangebam:cognitiua ſue appe=
titiue connectitur videlicet correſpondentia identitate actuum proportione et
eorum dependentia.¶Primo igitur correſpondentia.Exempli gratia intelle=
ctui qui eſt potentia cognitiua correſpondet voluntas que eſt potentia appetiti
ua:pariter ſenſui interiori vel exteriori cognitiuo ſua reſpondet appetitiua.Eſt
igitur quidam guſtus cognitiuus ſaporis: et quidam guſtus appetitiuus eiuſ=
dem:et ſic de alijs.¶Secundo identitate vt voluntas intellectui identificatur
ſiue voluntas eſt ipſe intellectus:patet:voluntas eſt anima volēs aut volitiua:

Cognitiue cuilibꝫ reſpō det ſua appetitiua.

Cognitiue potētie idēti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficat ſua appetitiua. Cognitiue ⁊ appetitiue actus proportionantur.

intellectus autem eſt anima intelligens aut intellectiua. Pariter guſtus appetitiuus guſtui cognitiuo identificatur: idem igitur ſenſus numero eſt obiecti cognitiuus ⁊ appetitiuus eiuſdem diuerſis actibus. ¶ Tertio actuum proportione: ipſius enim intellectus quedam ſunt noticie cõmunes: quedam ſingulares: ſic ipſius voluntatis quedam volitionis communes: quedam ſingulares: ⁊ ita de alijs actuum differentijs. Ipſius pariter ſenſus ſunt duntaxat noticie ſingulares: ſic nec eius ſunt actus appetitiui niſi ſingulares. Non eſt enim prorſus a probabilitate alienum ſicut in intellectu quedam ſunt noticie abſtractiue q̄daȝ intuitiue requirentes obiecti preſentiam: ſic in voluntate ſuo modo volitiones abſtractiue ⁊ quedam intuitiue. ſ. obiecti preſentiam requirentes: ⁊ penes hoc aſſignari poſſet differentia inter dei fruitionem in via ⁊ fruitionem in patria: et hoc valde eſt ipſi materie de actu intrinſece bono accõmodum: de quo alias. ¶ Quarto eorum dependentia. Voluntas enim ab intellectu dependet in ſuo actu: nequit enim tum noticia ſenſitiua elicere actum: videlicet ſine intellectiã cognitione: nec ſenſus cum intellectiua noticia poteſt in appetitiuuȝ exire ſine ſenſitiua cognitione.

Appetit⁹ ſenſitiu⁹ potius ſuã cognitiuã ſeq̄tur ꝙ rationalis.

## Prima concluſio.

Preciſius ſuam cognitiuam inſequitur appetitus ſenſitiuus ꝙ rationalis. patet: poteſt appetitus rationalis cum eadem obiecti noticia intellectiua contrarios elicere actus nunc velle ſtatim nolle: non autem appetitus ſenſitiuus: quinimmo obiecti noticiam ſub ratione conuenientis appreheñſi, naturaliter ſequitur proſecutio: ⁊ diſconuenientis fuga: non autem ſic in voluntate. Tunc etiam ſenſus fortius appetit quod ſub maioris boni ratione ſentitur: non autem ſemper voluntas cognitum melius plus amat.

Intelle. q̄liter ſenſuȝ cognitiuuȝ corrigat ⁊ volũtas ſenſum appetitiuũ.

## Secunda concluſio.

Et ſi ratio ſenſum cognitiuum: ⁊ volũtas ſenſum appetitiuum corrigat: nõ tamen correctione ſubiectionis: patet: intellectus habens iſtud principium nullum molle ſic applicatum frangit durum ⁊ in virtute huius principij iudicans baculum pro media parte in aqua non eſſe fractum: non per hoc facit ſenſum iudicare vt ipſe: quinimmo inuariatũ manet in ſenſu fractionis iudiciũ: ſic ſenſu refugiente doloroſum quod eſt volendum voluntas illud volens non facit ſenſum illud proſequi. Quare in huiuſmodi correctione neuter ſubijcit ſibi ſenſum veruntamen vterq3 a ſenſu diuertitur. ſcilicet aliter iudicans aut volens.

## Tertia concluſio.

Reciproca poteſt eſſe inter intellectum et voluntatem directio ſeu correctio. Patȝ voluntatẽ aliquid volentem: põt intellectus reprehendere dictãdo ei illud non eſſe volendũ: pariter intellectui aliquid credenti põt voluntas imperare nõ credi.

Fames p̃ma cuius obiecti ſit

## Primum dubium.

Fames prima aut ſitis cuius obiecti cognitionem ſequatur pono nullum preceſſiſſe cibi vel potus experimentum: hac ratione coacti nonnulli concedunt appetitum ſenſitiuum quandoq3 in incognitum ferri. Aliter reſpondeo: premittens primã animalis famam vel ſitim eſſe ſenſationem quãdam orificij ſtomachi tedioſam aut actum huiuſmodi alterationis refugitiuum. ¶ Sic igitur. prima fames vl ſitis non eſt ·ibi vel potus appetitus: quinimmo poſt experientiam qua cognitum eſt famam vel ſitim ſeu huiuſmodi alterationem per cibum vel potum remoueri: appetitur cibus aut potus tanq3 huiuſmodi tedioſe ſenſationis remotiuus aut nature reſtauratiuus. ¶ Multiplicem famis aut ſitis acceptioneȝ alibi per amplius declaro.

## Secundum dubium.

Appetitus ſenſitiuus cibum vel potum appetens cum ſit ſolum ſingularium quem cibum vel potum appetit. ¶ Reſpondeo quem alias guſtauit cuius occurrit ſenſitiua recordatio: ſic equus auenam quã aliquando guſtauit aut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vidit ipſe appetit:cum non ſit ei alterius ſpecies: et ſic nec alia ſenſitiua recoꝛdatio:

¶De liberi arbitrij obiecti. Capitulum ſcdm.

COgnitiue ⁊ ſue appetitiue eſt idem obiectum adequatum ⁊ ſub eadem tam obiectiua quaz immutatiua ratione:eſſe quidem cognitionis obiectum eſt ipſum eſſe cognitum:volitiōis autem eſt eſſe volitum. Non dubitabit igiť philoſophie peritus aliquoꝛum actuum voluntatis circunſtantias eē obiecta et aliquoꝛum non quoꝛundam plures quoꝛundam paucioꝛes pꝛo volūtatis arbitrio:que in omne ſibi oſtenſum ferri poteſt aut nō ferri volendo vel nolendo. Sicquodcunq̧ vicium virtutis obiectum:⁊ omnis virtus obiectum vicij eſſe poteſt. Obiectū idez cognitiue et ſue appetitiue.

Uitiū pōt eē virtutis obiectū ⁊ cōtra.

**PRimum notabile** duplex eſt hic idētitas videlicet obiecti et rationis Quo ad pꝛimam:omne cognitum a potentia cognitiua poteſt eſſe a ſua appetitiua volitum aut nolitum. Quo ad ſecundam pariter ſub ea ratione connotatiua qua obiectum eſt cognitū poteſt eſſe volitum vel nolitum:quinimo ⁊ ſub ea ratione immutatiua:videlicet communi:ſingulari:affirmatiua:negatiua cathegoꝛica:hypothetica:diſiuncta:copulata:diſiūctiua:copulatiua:⁊ alijs modis immutatiuis quibus obiectum eſt cognitum poteſt eſſe volitum vel nolitū.

**Secundum notabile** ipſius intellectus obiectum eſt ens pariter ⁊ voluntatis coloꝛ:eſt viſus cognitiui obiectum pariter ⁊ viſūs appetitiui:ſonus eſt auditus cognitiui obiectum ſic ⁊ auditus appetitiui ⁊ ita de reliquis. Quodlibet igitur ens pōt eſſe a voluntate volitum aut nolitum:pariter omnis coloꝛ a viſu omnis ſonus ab auditu volitus aut nolitus nomine ad pꝛoſecutionē vel fugam extēſo. ¶Perſpicuum eſt igitur vt dicebatur omne vicium poteſt eſſe virtutis obiectum ſcz nolendo ⁊ omnis virtus vicij obiectum pariter volendo.

**Pꝛima concluſio** in hoc differt appetit⁹ rōnalis a ſenſitiuo: qm̄ iſte neceſſitať ferri in obiectū ſibi oſtenſum non autem ille:quinimo ferri poteſt in plurium oſtenſoꝛum vnum: aut in eoꝝ multa aut in nullū pater eſt potentia libera.

**Secunda concluſio** tāte eſt libertatis volūtas qꝺ ope cum circūſtātijs ei oſtēſo potēs ē ferri dūrat in op⁹ aut in op⁹ cū vnica circūſtātia aut cū duab⁹ vel plurib⁹ ptz op⁹ oſtēſuz nō neceſſitat voluntatem ad volendum. igitur nec circūſtātia:exēpli grā oſtēſa volūtati elemo⁰ dāda cū loco tpe fine ⁊c. pōt hūc actū vnicū elicere volo dare ele

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

moſinā aut iſtū volo dare elemoſinā hoc loco aut iſtū volo dare elemoſinā hoc loco ꝛ hoc tpe: vel iſtū volo dare hoc loco hoc tpe hoc fine differūt. n. ſpē act⁹ illi ꝓpt totalis obiecti alietatē. Ex q̄ fit ꝑſpicuū aliq̄ꝝ actuū volūtatis circūſtātias eſſe obiecta/ ꝛ aliquoꝛuꝫ non. i. ipſas aliquibus actib⁹ eſſe volitas aut nolitas ꝛ aliquib⁹ non. ¶ Dupliciter em̄ cōtingit eas non eſſe obiecta qn̄qꝫ/ qꝛ non oſtendunt per intellectū voluntatis qn̄qꝫ volūtatis beneplacito que in eas oſtenſas nō fert ſed ſuſpenſa manet circa eas. Et ſic dupliciter accidit circunſtantias eſſe adiacentes/ quandoqꝫ non oſtenſas qn̄qꝫ oſtenſas.

Habit⁹ an obiectū habeat

**Primū dubiū.** an habitus dicendus ſit habere obiectū. ¶ Reſpōdeo ſic, ſed diuerſimode ab actu nam act⁹ potētiaꝫ vitaliter immutat eā faciens in obiectum tendere: habitus autem ad huiuſmodi actum inclinat/ hoꝛum em̄ quatuoꝛ idē eſt obiectū videlicet ipſi⁹ potētie ipſi⁹ actus/ ipſius paſſiōis/ ꝛ habitus geniti ex actu.

**Secundū dubium** penes quid attendit ipſius actus dotale obiectum. ¶ Reſpondeo: penes omnium collectionem in que fert actus. ¶ Diligenter em̄ in moꝛalib⁹ venit hec collectio conſideranda/ nam penes huiuſmodi totalitatem ſumit ſpecifica actuum cōuenietia vel differentia/ atque bonitatis aut malitie crementum vel decrementū.

Regulare voluntatis obiectum.

Egul'r voluntas eſt poſſibilium ſub ratione boni ꝛ mali apparentium ipſa nihilominus ei⁹ abſoluta libertate eſt poſſibilium ꝛ impoſſibilium ꝛ neutraliter oſtenſoꝛum. Eſt pariter boni ꝛ mali ꝛ neutraliter oſtenſi tam ſcilicet proſecutione quam fuga. Velle quidem poteſt impoſſibile et nolle poſſibile: velle malum ꝛ nolle bonum non aliter oſtenſum: ſicque omnis obiecti cognitio ad volitionem ſufficiēs ad nolitionem ſufficit/ ꝛ contra.

De voluntatis obo q̄tuꝫ ad poſſibilitatem.

**Primum notabile** de poſſibili ꝛ impoſſibili/ hec ꝓpoſitio voluntas eſt impoſſibiliū poſtergato logices rigoꝛe capit in hoc ſenſu: voluntas eſt aliquorū volēdo ea taliter ſe habere qualiter nō poſſunt ſe habere/ illa autē ſunt entia poſſibilia. Et ita de hac voluntas vult impoſſibile idē eſt aliquid taliter ſe habere: qualiter neqt ſe hr̄e/ ꝛ illud qd̄ē eſt ens poſſibile.

**Prima concluſio** voluntas poteſt velle impoſſibile oſtenſum ei tanq̄ꝫ poſſibile patet. poteſt intellectus ei aſſentire igitur ꝛ voluntas conſentire. poteſt etiam nolle illud/ igitur ꝛ velle cū nulla ſit repugnantia.

**Secunda concluſio** poteſt voluntas velle impoſſibile oſtenſum ei impoſſibile. patet vbi ꝑ aliqua motiua oſtenderetur ei impoſſibile ꝛ per alia foꝛtioꝛa poſſibile.

**Tertia concluſio.** voluntas poteſt velle impoſſibile oſtenſuꝫ ei impoſſibile ꝛ nullo motiuo oſtenſum tanquam poſſibile/ in quo ſcilicet nulla apparet poſſibilitatis ratio patet nil obeſt ꝛ in hoc ipſa eſt intellectu potentioꝛ qui nequit propoſitioni ineuidēti ſine motiuo veritatis aſſentire etiam interueniente ad hoc voluntatis imperio.

**Quarta concluſio.** ex opinione pꝛobabili voluntas poteſt velle impoſſibile oſtenſum non tanquā poſſibile neqꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bile neque tanꝙ impoſſibile.nam ipſa poteſt velle complexe obiectum non oſtē ſum complexe videlicet ſimplicibus apprehēſionibus oblatum.Exempli gratia cum ſolis apprehenſionibus ſimplicibus ſui ⁊ equalitatis ⁊ dei poteſt voluntas velle ſe eſſe deo equalem: quod in lucifero fuiſſe aſſerunt dicentes voluntatem poſſe componere aut diuidere intellectu non componente aut diuidente.

**Secundum notabile** de bono ⁊ malo dubitant docti. an proprium voluntatis obiectum ſit bonum vel malum verum aut apparens.bonum quidem obiectum proſecutionis:ideſt volitionis ⁊ malum obiectum fuge ideſt nolitionis.¶ Eſt vna opinio quod ſic aſſerens voluntatem impotentem velle obiectum niſi appareat bonū nec nolle niſi appareat malum.¶ Contra non poſſet voluntas actum elicere ſine noticia boni vel mali connotatiua cum ſic apparere ſit noticiam taliter connotatiuam habere.¶ Preterea non videtur vnde ſit impoſſibilitas volendi ſe eſſe hominem ſine noticia boni aut mali connotatiua:inſuper cur nequeat cōſcientie dictanti hoc bonum eſſe agendum ſine alia cognitione ſe difformare videlicet nolendo illud:cum non cogatur velle.¶ Amplius circa quicquid cōtingit mereri volendo contingit demereri nolendo opus:igitur precepti oſtendatur ſolum ſub ratione boni:contingit demereri nolēdo illud:igitur ꝯtingit ipſū oſtenſum ſolum ſub ratione boni eſſe nolitū.

De eiꝰ obiecto q̄ſtū ad bonitatē.

**Sint igitur** concluſiones non facta in logicali appellatione vi. ¶ Prima voluntas poteſt velle malum ſcilicet oſtēſum ei bonum iſtud eſt perſpicuum.

**Secunda.** poteſt velle malum oſtenſum et malum patet vbi per aliqua motiua oſtenditur malum ⁊ per fortiora oſtenderet bonum aut malum ex vna conditione:⁊ ex alia bonū.

**Tertia concluſio** poteſt voluntas velle malum oſtenſum malum non oſtenſum bonum videlicet in quo nulla apparet boni ratio patet ex notabili.

**Quarta concluſio** poteſt velle obiectum oſtenſum non tanꝙ bonum neꝙ tanꝙ malum oſtendo poteſt velle fortem eſſe hominem nulla et oſtenſa bonitate vel malicia. ¶ Idem dico de nolitione quo ad malum poteſt nolle bonum oſtenſum tanꝙ malum poteſt nolle bonum oſtenſum et bonum vbi alijs motiuis oſtenditur malum pōt nolle bonum oſtenſum bonum non oſtenſum malum poteſt nolle obiectum oſtenſum:nec bonum nec malum. ¶ Et ad auctoritates nemo male agit ad malum reſpiciens ⁊ in hoc omnis malus ignorans.Hinc Auguſtinus libro queſtionū quod recitatur.xv.q.j.ca.merito.Si diligenter inſpiciatur forte ipſum peccare nemo velit ſed propter aliud quod vult peccat omnes quippe homines qui ſciētes faciunt quod non licet:vellent licere facere vſꝙ adeo ipſum peccare nemo appetit propter hoc ipſum ſed propter illud quod ex eo ſequitur. Ex hoc videt̄ innuere Auguſtinus voluntatem non velle aliquid niſi ſub ratione boni apparentis:honeſti:aut vtilis vel delectabilis.¶ Reſpondeo ſimiles auctoritates eē intelligendas regulariter ⁊ de potentia voluntatis ordinata ſecus de potentia eius abſoluta qua vult vti ſue libertatis plenitudine.

Intellectꝰ huiꝰ ꝓpōnis volūtas ē ipoſitum.

**Primum dubium** cum obiectum intellectus ſit ens pariter ⁊ voluntatis qualiter dicatur voluntas ētium poſſibilium.¶ Reſpondeo vt ſupra:eſt entium etiam poſſibilium aliqualiter ſe habere qualiter nequeunt ſe habere.

An oē viciū ſurrepat ſ apparētia boni.

**Secundum dubium** an omne vicium ſub colore boni ſurrepat. ¶ Reſpondeo regulr̄ ita eſt nōde eſt peccāti occaſio atꝙ in peccatis excuſatio nō tn̄ vlr̄ vt ſupra oſtendi.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De liberi arbitrij actibus. Capitulum tertium.

Triplex vo lũtatꝭ act⁹.

Liberi arbitrij actus prima diuiſione ſunt volitio nolitio: ⁊ act⁹ mixtus qualis eſt actus tertius medij in finem: quorum vnum eſt volitum alterum autem nolitum. Quo fiet actum eundem eſſe diuerſorum amorem ⁊ odiu: immo eiuſdem diuerſis apprehenſionibus apprehenſi. Pariter actum eundem fruitionem ⁊ vſum: duliã ⁊ latriam: eodemq; actu intenſe ⁊ remiſſe diligi. Dogmatizari enim ſolet vniuerſaliter nolitionem precedat volitio: ſiue odium amor: actumque tertium medij ⁊ finis precedãt ipſorum extremorum actus: ſic nec poſſe primum voluntatis actum nolitionem eſſe ſiue odium aut actum tertium finis ⁊ medij. A quorum ſententia recedens dico quamuis id communiter accidat: liberi tamen arbitrij facultati ſubiacet oppoſitum.

Tritũ dogma de ordine actuum

## PRimum notabile.

dubitant multi an poſſit eſſe vnus idemq; actus finis ⁊ mediorum ad finem: ſed profecto non video hoc ducẽduz in dubium ſcilicet quin preter duos extremorum actus elicibilis ſit vnus tertius amborum. Oſtendo: intellectus vno ſimplici aſſenſu poteſt propoſitioni hypothetice cauſali vel alteri aſſentire: nec quidpiam voluntati obeſt cur nequeat pariter vno ſimplici actu ſic velle hypothetice: dico igitur ꝙ poteſt. Exempli gratia. Amare proximum propter deum vno ſimplici actu qui ſit amborum amor: ⁊ proximi ꝓpter deũ. Ille idẽ act⁹ ẽ vſus ⁊ fruitio: vſus primi: ⁊ fruitio dei: nã illo actu primꝰ ꝑꝑ deũ diligit: ⁊ de⁹ ꝑꝑ ſe. Idẽ ꝑit act⁹ eẽ ꝑt dulia ⁊ latria: put ille ꝗ ꝗs honorem exhibet creature propter deum ſuper omnia colendum: ipſe inq; eſt dulia creature ⁊ dei latria: toto illo actu diligitur deus ⁊ eodem toto actu creatura: et illo quidem actu intenſius deus ꝗ̃ creatura diligitur. Ex his promptũ eſt actũ eundem eſſe amorem ⁊ odium: ⁊ ita volitionem ⁊ nolitionẽ: huiuſmodi eſt act⁹ quo quis vult orare propter peccatum vitandum: eſt amor volitioq; orationis ⁊ odium atq; nolitio peccati. Similiter actus quo quis odit peccatum propter deum eſt peccati odium ⁊ amor dei quinimo fatendum eſt actum eundẽ reſpectu eiuſdem obiecti diuerſis apprehenſibilibus apprehenſi odium et amorem eſſe: gratia exempli: pecuniam qua fratri ſubuenire proponebas ipſe frater furetur te credente alterum feciſſe: ⁊ ex hoc odias furem propter fratrem amatum: iſte actus eſt ipſius fratris odium ⁊ amor eiuſdem.

De vnitate act⁹ medij ⁊ finis.

correlariũ.

correlariũ.

Ex integro naſcit bonum.

## Secundum notabile

in actu tertio non ſit bonitatis ⁊ malitie mixtio: queri enim poſſet an actus tertius relatiuus medij illiciti in finem bonum: aut medij liciti in finẽ ma-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lum ſit bonus ⁊ malus: bonus reſpectu vnius ⁊ malus reſpectu alterius: prout velle mentiri propter ſaluandum proximi honorem aut velle propter vanam gloriam ieiunare.

An act⁹ me di⁹ pēdeat ab extremis neceſſario.

Reſpondeo totus malus eſt et non bonus. nam bonitas ex cauſarum integritate atq͡ꝫ circunſtantiarum ſurgit: malitia autem ex vnius defectu. ¶ Circunſtantia igitur vna viciās aufert ab actu moralem quancunq͡ꝫ bonitate que ineſſet.

Prima concluſio communis eſt: et trita ſoquētiū ſnīa actū medij ⁊ finis tertiū ab actibus extremoꝝ depēdere: ⁊ non ſic eſt. probo pōt intellect⁹ actu ſimplici hypothetice intelligere ſine extremorum aſſenſibus. Igitur et volūtas velle que potētior eſt ⁊ que cōmuniori opinīōe poteſt cōponere ⁊ diuidere intellectu nō componēte vel diuidente. ¶ Dico igitur duo. primū poſito in intellectu iudicio comparatiuo de diligendo proximo propter deum: poteſt immediate volūtas illi iudicio ſe cōformare vno actu nullos alios actus preeliciēs. ¶ Dico ſcđo ab actib⁹ ſimplicib⁹ extremorū nō neceſſitat volūtas actum elicere. tertium quinimmo libere eū elicit etiam ſtātib⁹ duobus extremorum actibus: ille enim terti⁹ actus eſt liber.

An volitio a volitione pēdeat.

Secūda concluſio communi opinione omnis nolitio volitionē preſupponit ſic ꝙ nihil ſit nolitū niſi q͡r apprehēdit aliqd volito repugnās: nihilq͡ꝫ odiat niſi q͡r alicui rei amate cōtrariū: id tamē falſum eſt: ſuadeo: cōtingit primū appetit⁹ ſenſitiui actū eſſe nolle ſeu actū refugitiuū: ſcꝫ quādo primū obiectū ſenſui occurrēs eſt diſcōueniens atq͡ꝫ doloroſum: nec minus potens eſt volūtas: quare dico vbi primū obiectū volūtati oblatum oſtenderetur ei ſub apparentia mali odibilis poſſet ipſa illud reſpuere: ſiue nolle abſq͡ꝫ alio actu. ſic igitur eſſet ſine amore odium.

An volūtatis act⁹ ſit cognitio obiecti.

Primum dubium an volūtatis actus ſit gnitiu⁹. ¶ Reſpōdēt nōnulli affirmatiue dicētes volitionē eſſe quādā obiecti cognitionē. ¶ Hec opinio caret fulcimēto: tū etiā volūt[illegible]s per propriū ei⁹ actum ſufficiēter illuminaret. Preterea cur obiecti volitio eſſet noticia apprehenſiua potius quam iudicatiua aut contra. ¶ Teneo igitur cōtrariū: ⁊ dico diuerſos eſſe imutādi modos cognitiōis ⁊ volitiōis cognitiōis em̄ imutatio nō eſt ꝓſecutionis vel fuge: ſed cuiuſdā repreſentatiōis ſimilitudinarie qua ſcꝫ q̄litas illa exiſtēs naturalis ſimilitudo obiecti potētiā facit tendere cognitiue in obiectum volitionis autem immutatio eſt ꝓſecutiōis: nolitiōis aut fuge: faciēs ſcilicet anime proſecutiue vel refugitiue in obiectum tendere.

Volitio an ſit ꝑfectioꝛ cognitiōe ſeu volūtas intellectu.

Secundum dubium cuius duarum potentiarū ſit actus perfectior, ſolet moueri, queſtio: an perfectior ſit voluntas quam intellect⁹: videlicet penes eoꝝ act⁹. nam potētiarum nō eſt realis diſtinctio, itellect⁹ quidē eſt volūtas ⁊ econuerſo.

Libertas volūtati cō petit.

¶ Ad dubium ſunt ↄ̄trie authoꝝ opiniōes: ſed vera mihi vr̄ illa volūtatē itellectui ꝑferēs. tū nobiliſſima aīe ꝓprietas ē libertas q̄ volūtati cōpetit nō itellectui vt tali: tū etiā ꝙ itellect⁹ volūtatē dirigat iſtō eſt ꝑ modū famulātis dn̄e ſue q̄ ē min⁹ nobilis ↄditio quā dn̄ari. Preterea volūtatꝭ ē iperare alijs potētijs ēt itellectui iperat ⁊ nō ↄ̄ q̄ ē nobilior conditio. Amplius: omnis potentia cognitiua eſt propter appetitiuam ordinata: ⁊ non econuerſo. igitur eſt perfectior: ſufficiāt pro nunc he ratiōes.

Odiuꝫ dei an ſit poſſe.

Tertiū dubiū: an de⁹ ſit obm̄ ꝯmīatie capax odij. Ad hoc ē vna opinio ꝙ ſeqt doc. ſubtil' aſſerēs odiū di ñ eē poſſe: ⁊ ꝑ eūndē oib⁹ ↄ̄ euarg[illegible]

b ii

mẽtis dicẽdũ eſſet id non ex parte potentie intellectiue: neqꝫ etiam appetitiue
ꝓuenire:ſed ex obiecti natura tante perfectionis atqꝫ excellẽtie vt nequeat odiũ
minare: quemadmodum ſonus viſionem terminare nequit: cum igitur rer-
arguunt:ſub quacunqꝫ odibilitatis apparentia poteſt ab intellectu appꝛehen-
di creatura etiam deus:ſed rationes ſeu apparentie odibilitatis creature ſuffi
ciunt voluntati ad eliciẽdũ obiecti creatij odium:ergo ille deo applicate ſuffi-
cient voluntati ad eliciendũ eius odium:conſequentia patet cum maioꝛe:ꝛ mi
noꝛ pꝛobatur:poteſt intellectus errans deum tanqꝫ iniuſte vltoꝛem appꝛehen-
dere atqꝫ tyranno deterioꝛem/quia ſcꝫ pꝛo momentaneo pctõ ſempiternam infli
git penam. Reſponderem conſequenter cõceſſis pꝛemiſſis negando conſequen-
tiam/nõ pꝛobat eñ illud argumentum aliud qꝫ odij dei impoſſibilitatem non
ex parte intellectus aut voluntatis pꝛouenire/pꝛouenit autem ex natura obie-
cti. Et ad authoꝛitates que videntꝛ odiũ dei pꝛohibere atqꝫ aſſerere ipm eſſe pec
catoꝛum grauiſſimum. Reſponderetꝛ accipi odiuꝫ pꝛo dilectionis omiſſione tem
poꝛe quo diligẽdus eſt deus:aut pꝛo crimine in deum patrato ac ſi ipſe odio ha
beretꝛ pꝛout eſt nominis dei deteſtatio aut diuinũ cultum ſpernere ꝛ hmõi que
non neceſſario ex dei odio habent oꝛigineꝫ. ¶ Eſt alia contraria opinio ꝑfecto
pꝛobabilioꝛ/ſuadeo/nihil eſt aſſerendum niſi experientia authoꝛitas vel ratio
monſtret:ſed nullo illoꝛum trium monſtratꝛ odij dei impoſſibilitas. Pꝛimo:non
experientia:quinimmo contrarium ex magna voluntatis libertate. Secũdo nõ
authoꝛitate:nam valde plures ſunt authoꝛitates hoc nomine odium dei vten-
tes. Tertio non ratione:cum ſint longe foꝛtioꝛes in oppoſitum vt infra patebit
intuenti. Preterea (intellectu errante appꝛehedente illud obiectum tanqꝫ ſibi
diſconueniens atqꝫ odibile per hoc qꝫ eternam infligit penaꝫ a qua liberaretur
ſi deus non eſſet credente pariter erronee poſſibile deum non eſſe) poſſet ex hoc
voluntas velle deum non eſſe ꝛ iſtud eſt vere odium:poſſet ꝛ vindictam appete
re volens male eſſe deo quod pariter eſt odium:igitur odium dei eſt poſſibile.
Hec eſt ratio foꝛtioꝛ ratione contrarium opinantiuꝫ que eſt hec:nulla in deo im
perfectionis vel odibilitatis ratio:igitur non poteſt voluntas odium dei elice-
re. Pꝛoꝛſus inualidum eſt hoc argumentum nam conſtat voluntatem non ferri
in obiectum iuxta ſue nature pꝛopꝛietatem/ſed ſecundum qꝫ apparet ꝛ oſtendi
tur per intellectum tale vel tale:poteſt autem per intellectum errantem oſtẽdi
voluntati ſub rationibus odibilitatis quare poterit odiri ſic apparens.

Odiuꝫ dei an ſit clare ei⁹ viſioni ꝯpoſſibile.

**Quartum dubium** pꝛecedenti continuum qꝫ clare dei viſio
ni odium eius ſit compoſſibile. Quidaꝫ
pꝛecedentis dubij partẽ affirmatiuam tenẽtes. Reſpondent ad iſtud negatiue.
¶ Sed teneo ſic:ſuadeo:cum ea ſtat iudicium ſub rationibus odibilitatis oſtẽ
dens ipſum ſcilicet oſtendens deum eſſe ei nocuum/quia ſempiterne gehenne
inflictiuum pꝛout eſſet in damnato cui clare appareret/deus poſſet enim velle
deum non eſſe quatenus a tanta liberaretur pena hanc materiam amplius in
quarto examinaui/ſed pꝛo nunc vlterius fateoꝛ ꝛ dico admiſſa eſſe in volunta-
te actus naturales ex obiectoꝛum intuitionibus ſurrepẽtes: ita quod viſionem
ſummi boni concomitaretur naturaliter amoꝛ non eſſet odium illius generis
poſſibile ſcilicet per modum intuitionis ſe habẽs. nam dei intuitio ſimplex nul-
lam habet odibilitatis connotationem: poſſet tamen cum illo amoꝛe ſtare dei
odium alterius generis complexum ꝛ non per modum intuitionis ſe habens.

Odiuꝫ dei intuitiuꝫ impoſſibi- le abſtra- ctiuum ſic.

**Quintum dubium** pꝛo quo contra dicta obijcitur eſſe pecca
tum aliquod infinite malicie ſcꝫ odium
dei patet/ipſius odij dei qlibet pars pꝛopoꝛtionalis eſſet peioꝛ qꝫ hoc odium
pꝛoximi ꝛ ſunt infinite tales partes in dei odio:ergo in eo ſunt infinite malicie
maioꝛes qꝫ malicia huius odij pꝛoximi:igitꝛ vnam infinitã maliciam ꝯſtituent.
Reſpõdeo argumentũ ita de odio pꝛoximi procederet ad certum actum minus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

malum comparato/quare non probat impoſſibilitatem odij dei: veruntamen pro obiectionis materia ſunt hic incidentaliter due habende regule.

¶Prima: peccatoꝝ ſpecie differentium vnum eſt altero infinite grauius: odiuȝ dei ꝙ̄tuncūꝙ remiſſum eſt odio proximi ꝙ̄tūcūꝙ intenſo grauius: nec poteſt equari prout nequit nigredo per quodcūꝙ ſui augmentum attingere perfectionis albedinis equalitatem: non enim potuit peccatum ade per quotcunꝙ detrimenta ſibi ⁊ ſue poſteritati futura aggrauari vſꝙ ad equalitatē peccati eue qḋ fuit appetitus equalitatis diuine ſcientie. Peccatum autē ade fuit velle ꝑ eſuȝ pomi vxori complacere quam contriſtare timuit. ¶Secunda regula. peccatoꝝ ſpecie differētium pene eſſentiales ſpecie differūt/quare vna.i.infinituȝ eſt alia peior ꝙuis etiam non ſit intenſior/miranduȝ: videmus eīn duos ſapores eque intenſos ſpecie diuerſos inequaliter guſtum ledere: ⁊ per vnum quam per alterum peius eſſe guſtui pariter in ſaporibus qualitatiue equalibus conuenientibus inequaliter bene eſſe. ſic in penis ⁊ premijs eſſentialibus. ¶Correlarie ſeq̄tur. non cuilibet peccato grauiori reſpōdet pena intenſiue maior: ſtat dei odiū vſꝙ adeo remiſſum eſſe/⁊ odium proximi tam intenſum vt pena primi ſit pena ſecundi gradualiter remiſſior: infinite tamē peius erit anime per illam ꝙ̄ ꝑ iſtā intenſiorem. ¶Ex his habetur reſponſio: nam in rebus ſpecie differentibus infinita inter ſe inequalia ⁊ aliquo certo alterius ſpeciei maiora non conſtituunt aliquid infinite tale: exempli gratia infinite partes huius albedinis proportionales perfectiores hac nigredine non conſtituunt infinitam albedinis perfectionem/ſed bene albedinem infinite hac nigredine perfectiorem.

Due regule.
Prima regula.
Scd̄a regula.
Pctō grauiori nō ſp pena reſpōdet intēſiue maior: deterior autem ſic.

Actuum liberi arbitrij quidam obiectiue incomplexus: quidaȝ complexus obiectiue incomplexum dico quod voluntas in obiectum fertur non affirmatiue aut negatiue: complexum autem per oppoſitum. Quare quedam eſſe cathegorice complexum: quendam hypothetice conſtabit.

Actuū volūtatꝭ qdā incomplexi quidā cōplexi.

**Primuȝ notabile.** Opinantur aliqui nullum voluntatis actū eſſe obiectiue incomplexum: ⁊ id ſuadent: nam velle deum non eſt aliud ꝙ̄ velle deū eſſe/aut velle deū eſſe deū. Preterea (teſte Ariſtotele ſecūdo rhetorice) diligere aliquē eſt velle illi ineſſe bonū: tuȝ aliter in via eſſent ſimul in voluntate due fruitiones dei/⁊ pariter in patria ſcilicet vna obiectiue ſimplex ⁊ alia complexa. ¶Reſpondeo: bonū noticia ſimplici oſtenſum voluntati placet etiam priuſꝙ velit ei aliqd in eſſe vel inſore/dico igitur illa prima boni placentia eſt ſimplex amor ſimplici noticie boni correſpondens/deinde ex illa boni placentia optat illi voluntas bonum aliquod ineſſe vel inſore ⁊ iſte eſt actus obiectiue complexus. ⁊ quamuis poſſit prepoſterari ordo tamen regulariter ex primo elicitur ſecundus.

Amor rei ſimplex eſt quidē cōplacentia.

¶Nego igitur non eſſe aliud velle deum: quam velle deum eſſe/vel ipſum eſſe deum: ſed actus ille eſt quidam dei amor atꝙ complacentia/poteſt enim ipſi vo voluntati placere tāta ſummi boni pulchritudo abſꝙ hoc ꝙ velit ei aliquid ineſſe vel inſore. ¶Et ad Ariſtotelem dico regulariter ita fieri ſcilicet ex tali amore ſimplici bonum aliquod ineſſe optamus rei ſic amate/ſunt nihilominus actus diſtincti/quare in Ariſtotelis dicto debet potius efficientie habitudo quam habitudo identitatis intelligi. ¶Dico inſuper extenſo fruitionis nomine non inconuenit ſimul obiecti eiuſdem in voluntate plures eſſe fruitiones tam in via quam in patria/prout in intellectu eſſe eiuſdem obiecti ſimul duas noticias/



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnam ſimplicem aliam complexam vnam apprehenſiuam alteram indicatiuã:

Actus cõplexus per terminum eius expreſſiuum cognoſcitur.

**Secundum notabile.** per terminum obiecti expreſſiuum cognoſcitur incomplexio vel complexio. Exemplum primi. Amo ſortem. Exemplum ſecundi volo ſortem eſſe doctum/volo eum eſſe prudentem ⁊ ipſum eſſe iuſtum/volo papam ſedere vel ipſum non ſedere/volo ſortem ſaluari ſi ipſe eſt in gratia/volo iſtum puniri quia ipſe demeruit. ¶Hic notetur quod talium propoſitionũ multe ſunt diſtinguẽde. capi em̃ poſſunt in ſenſu tã cathegorico quam hypothetico: in ſenſu quidem cathegorico verbo cadente in totum ſequens/in ſenſu autem hypothetico verbo duntaxat primam partem modificante. Exempli gratia/pone in me volitionẽ q̇ volo ſortem puniri ⁊ non aliam obiectiue complexam hec propoſitio volo ſortem puniri quia demeruit/eſt vera in ſenſu cathegorico: nam denotat̃ ꝙ ipſum demeruiſſe eſt cauſa qua eſt mihi punitionis eius volitio/in ſenſu autẽ hypothetico falſa eſt. nam denotatur ineſſe mihi totius illius hypotheticevolitionem/ſortes punitur quia ipſe demeruit ꝙ eſt ex hypotheſi falſum.

Volũtatis actus non ex partibꝰ diuerſarũ rationũ cõponit̃.

**Primum dubium.** iuxta modum dicentium voluntatem poſſe componere vel diuidere intellectu non componente vel diuidente anvaleat pariter voluntas hypothetice velle intellectu non hypothetice intelligente. ¶Reſpondendum ſic eadem ratiõe.

**Secundum dubium.** an actus volũtatis complexus ſit ex partibus diuerſarum rationum cõpoſitus. ¶Reſpondendũ non ſicut nec ipſius intellectus aſſenſus/habet tamẽ prout omnis alia qualitas partes ſuas graduales/videlicet eiuſdem ſpeciei ſeſe intendentes.

Actuum liberi arbitrij quidã efficax quidem inefficax.

Actus efficax ⁊ inefficax differunt.

Actuũ liberi arbitrij q̇dã efficax q̇dã inefficax: efficax q̇ natꝰ eſt circũſcripto aliũde impedimẽto operationem ſortiri imperatam: et per oppoſitum dicitur inefficax: primus ꝑ volo explicari ſolet: ſecũdus per vellem: primus volitio: ſecundus velleitas aut cõplacẽtia appellat̃. Nolle pariter duplex: efficax et ĩefficax. Primum per nolo: ſcd̃m per nollem cõiter exprimit̃: illud nolitio: iſtud nolleitas nuncupatur. vtrumq̧ nihilominꝰ vere nolitionem appellari et recte per nolo explicari poſſe minime contradico. Non enim penes actuum intenſionem et remiſſionem hec ſumitur efficacie et inefficacie differentia: nec penes obiectorum alietatem: ſ3 ſpecie diſcriminãtur differentia ſuos immutandi modos ſumpta. Eſt itaq̧ efficax potior: videlicet in bonis melior: et in malis deterior.

Actus efficacis quid deſcriptio reprobata

**Primum notabile.** Quidam actum efficacem ſic diffiniunt: eſt quo volens aliquid querit media ad aſſequendum illud non valet hec diffinitio: volitio enim efficax operationis ⁊ ipſa mediorum volitio ſunt actꝰ condiſtincti: tum etiam ſubiecte libertati voluntatis cum volitione operationis efficaci nullatenus media querere: fateor tamen regulariter ſic eſſe videlicet volens efficaciter finem querat: actum igitur efficacem vt ſupra diffinio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Secundum notabile. actus inefficax ne**quit efficax fieri: quantuncunqꝫ enim gradualiter intendatur non ſortiretur exteriorem operationem ab eo imperante. ¶ Sequitur correlarium. efficacia ⁊ inefficacia non ſunt differentie penes gradualem intenſionem ſumpte: immo cõtingit actum inefficacem actu efficace eſſe gradualiter intenſiorem: ipſius enim actus efficacis quantuluſcunqꝫ gradus eſt actus efficax: nõ dico eque efficax aut eque prompte exequens operationem aut equaliter vincens impedimentũ: ſic inefficacis quantuluſcunqꝫ gradus eſt actus inefficax.

Actus inefficax nequit efficax fieri.

**Prima concluſio: ad efficaciam non** requirit operationis imperate efficientia: ſed ſufficientia eiuſdem. patet: contingit actũ inuariatum operationem imperatam non ſortiri: ⁊ poſtea eundem continuatum producere eam remoto impedimento. ¶ Dico igitur: non omnis efficax volitio operationem ſortitur exteriorem. nam quãdoqꝫ extrinſecum requirit ſuffragium prout membrorum corporis vel aliorum quorum defectu impeditur volitionis executio in ſe efficacis ex qua exterior produceretur operatio ſecluſo extrinſeco impedimento: ipſa enim efficax volitio eſt operatiõis imperate cauſa mere naturalis: quare a ſua efficientia prout alie cauſe naturales poteſt ab agentibus naturalibus impediri.

**Secunda concluſio: actus efficax eſt** actu inefficace potior in bonitate vł malicia: ſcilicet in bonis melior/ ⁊ in malis deterior. id probatiõe nõ eget: ⁊ ita efficaciter volens elemoſinam dare ⁊ dãs/ plus meretur quam inefficaciter volens dare/ ⁊ non dãs: nec quidem ratiõe actus exterioris eſt hec inequalitas/ ſed ex actuum interiorum ſpecie differẽtium diſcrimine. vbi enim actus ille efficax impediretur ab operis exterioris efficientia/ nõ minus eſſet meritorius quam nunc cum opere exteriori.

Actus efficax ẽ in bonis melior et in malis deterior.

**Primum dubium: an iuxta duo illa** actuum gña: duo ſint genera habituum. ¶ Reſpondeo ſic: ⁊ ſumitur efficacia vel inefficacia comparatione ad actum/ ex actu quidem efficaci habitus efficax: ex inefficaci inefficax generatur: ⁊ ad ſimilem actum inclinatiuus.

Habit⁹ aliquis an ſit dicẽdus efficax.

**Secundum dubium an idem ſibi** velit actus efficax/ ⁊ actus formaliter imperatiuus executionis. ¶ Reſpõdeo ſic: cui adiungo velle formaliter imperatiuum eſſe/ velle abſolute efficax: velle autem equiualenter imperatiuum ſolet diffiniri velle conditionaliter efficax. Exempli gratia: membrũ applicans ad dandam indigenti elemoſinam habet primi generis volitionem dationis/ pauper autem non habens vnde/ qui ſi haberet daret/ habet ſecundi generis volitionem.

Velle formaliter imperat q̃s.

¶ Solet dici iſte actus habere pro obiecto impedimentum non autem primus: quare ſpecie differunt/ nec velle equiualenter imperatiuum effici poteſt formaliter imperatiuum.

¶ Sed quicquid de cõmuni illa diffinitiõe cenſendum ſit/ dico dupl'r aliqđ velle poteſt cõditionale nũcupari. vno modo obiectiue: videlicet quia in totali ei⁹ obiecto implicetur cõditio/ cuiuſmodi totius conditionalis volitio. Alio modo quia gratia alicuius cõditionis ineſt actus ille ſine quo haberet efficax: cognito eñ operis impedimento elicitur volitio operis inefficax/ loco cuius ſine tali impedimẽto elicita fuiſſet alia efficax/ illa igitur non incongrue cõditionata atqꝫ etiam equiualenter imperatiua diceretur/ quoniam volitionis efficacis que impedimento ſecluſo ineſſet gerit vicem ⁊ locum tenet.

ADDITIO.

† Aliqđ velle põt dupliciter cõditiõale nũcupari.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Actus efficax duplex

Efficax volitio aut nolitio finis aut maioris ſillogiſmi qualit̃ ad mediuȝ aut ad concluſionẽ ſe habent.

ACtuum efficacium quidam plene efficax: q̃dam ſemiplene: primum dico eum qui iuuamine alterius ſubſumpti dictaminis nõ indiget: ſecundum autem per oppoſituȝ. Efficax enim ipſius finis volitio dictamine mediorum adiuta efficitur efficax mediorū ad finem: pariter efficax maioris ſyllogiſmi practici volitio cum iuuamine dictaminis minoris ſubſumpte redditur efficax concluſionis: illa volitio dictamine adiuta volitionẽ efficacem medij: et iſta volitionem concluſionis efficacẽ cõproducit: pariter ipſius finis volitio efficax iuuante dictamine medij repugnantis efficitur efficax impeditiua medij nolitio autem efficax finis ſuffragante dictamine medij neceſſario conducentis ad finem efficitur efficax impeditiua medij: vtraq; igit̃ dictamĩe adiuta nolitionẽ medij coefficit ¶ Perſpicuum eſt igitur quam vtiles in bonis et quam pernicioſi in malis ſunt vniuerſales actus atq; finiuȝ: ſunt enim aliorum fecundi propagatores.

† Quid actus plene efficax et qd ſemiplene efficax.

PRimum notabile. actus plene efficax eſt actus efficax operatiõis ab eo imperate: prout volo loqui: hec volitio locutionem efficit: actus vero ſemiplene efficax eſt/qui alicuius operationis non ab eo imperate eſt effectiuus cum alicuius dictaminis iuuamine. Exẽpli gratia volo ſanitatem: hec volitio nõ ipſam ſanitatem efficit: ſi tamen fuerit efficax et oſtendatur voluntati potatio rei amare ſanitati neceſſaria/ipa cū hoc dictamiue efficit potationis rei amare volitionem hec antem volitio ipſaȝ potationem efficit.

† Idem actus eſt plene vni⁹ operatiõis efficax et alterius ſemiplene.

Secundū notabile. contingit eūdem actum eſſe plene vni⁹ operationis efficacem et ſemiplene alterius/prout efficax velle ambulationis eſt plene illius operationis efficax/et ſemiplene efficax; volitionis medij oſtenſi neceſſarij ad ambulatiõem. ¶ Sint igitur concluſiones pro regulis habende.

Prima regula. efficax volitio finis cum iudicio medij ad illum finem neceſſarij efficit illius medij volitionẽ. hinc dici ſolet volitio efficax finis eſt mediorum ad finem effectrix: et addo ſaltem effectrix volitionum mediorū/ſcilicet que per intellectum voluntati oſtendūtur ad illum finem neceſſaria.

Secunda regula. maioris ſyllogiſmi practici efficax volitio cū iudicio minoris efficit ipſi⁹ cõcluſiõis volitionem. Exempli gratia/huius ſillogiſmi omne opus precepti eſt faciendum/et hoc eſt opus precepti. igitur eſt faciendum/dico hec volitio efficax volo omne corpus precepti facere cum iudicio dictante hoc eſſe opus precepti/cauſat huius operis agendi volitionem.

Tertia regula. volitio efficax finis cum iudicio medij fini repugnãtis atq; eū impedientis efficit illi⁹ medij no

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

litionem. Exempli gratia/efficax ſanitatis volitio cum iudicio dictante potionem huius veneni ſanitati repugnare efficit potionis huius veneni nolitionē et ita efficax volitio placendi deo cum iudicio dictante homicidium illi repugnare/homicidij nolitionem comproducit.

**Quarta regula.** alicuius finis efficax nolitio cum iudicio medij ineuitabiliter ad illum finem conducentis: nolitionem huiuſmodi medij cauſat. Exempli gratia: efficax egritudinis nolitio cum iudicio dictante huius veneni potionem eſſe ineuitabiliter egritudinis illatiuam efficit potionis huius veneni nolitionem: ſic efficax offenſionis dei nolitio cum iudicio dictante hoc homicidium eſſe dei offenſiuum nolitionem homicidij coefficit: patet igitur quam vtiles in bonis ⁊ quam pernicioſi in malis ſint huiuſmodi vniuerſales actus aliorum actuum genitores.

**Primum dubium.** an ad volitionem finis aut maioris ipſiꝰ ſillogiſmi eſſe efficacem medij aut cōcluſionis requiratur dictaminis ſubſumpti veritas. ¶Reſpondeo: impertinēs eſt huic efficacie veritas.

Efficacia volitionis nō requirit dictaminis veritatem nec ſufficit apprehenſio.

**Secundum dubium.** an ad talem efficaciam ſufficiat illius ſubſumpti ſine iudicio apprehenſio complexa. ¶Reſpondeo non: veruntamen fateor cum huiuſmodi apprehenſione poſſe voluntatem ſua libertate actum medij aut concluſionis elicere: nō aūt id fiet in virtute efficacie volitiōis finis aut maioris ſillogiſmi practici.

SE compatiuntur eiuſdē obiecti velle ⁊ nolle: vnū efficax ⁊ alterum inefficax. ¶Stant itaq; ſimul efficax fornicationis nolle: ⁊ eiuſdem inefficax volitio ſiue complacentia pariter velle efficax ieiunandi ⁊ eiuſdem inefficax nolitio ſeu quedam ipſius diſplicentia. Jd in mandatorum obſeruantia diligenter conſidera: crebro enim cum peccato fit efficax operis precepti executio cum peccato quidem per velle aut nolle inefficax: ſcilicet complacentie vel diſplicentie. Quando igitur timore pene quis non fornicatur biphariam eſſe poteſt: aut timor vtrunque velle fornicationis tollit: aut ipſe velle inefficax relinquit: idem in operibus bonis: idē pariter de amore premij aut de alio motiuo cenſendum eſt.

Velle et nolle eiuſdem obiecti ſunt cōpoſſibilia ⁊ vnum efficax et alterum inefficax.

**PRimum notabile.** ſolet talis actus inefficacie explicari ⁊ male propoſitione cōditionali. exēpli gratia: vellem furari ſi non immineret pena: vt eñ libro de libero arbitrio oſtendo hec propoſitio nullum denotat ineſſe actum: ſolum denotatur quod ineſſet actus poſita conditiōe illic expreſſa. quare quamuis cum talis conditionalis veritate ſepe ſit actus inefficax in voluntate: poteſt tamen illa propoſitio ſine voluntatis actu verificari vt ſubtiliter conſideranti innoteſcet voluntate enim nullum actum habente: haberet tamen velle ſi non imineret eterna pena retrahens. hec propoſitio eſt vera/ fortes vellet fornicari ſi non immineret pena: ⁊ vere de ſeipſo dicit vellem fornicari ſi non immineret pena.

Actum nō ponit ipſa cōditionalis per quā actus inefficax exprimi ſolet.

**Prima concluſio.** compoſſibiles ſunt actus prenominati. probo. cum ſint diuerſorum generum nō eſt in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ter eos contrarietas. tum etiam experimento. nam in volente efficaciter proijcere merces in mare/eſt quedam proiectionis diſplicentia: hanc dico nolle inefficax que efficacem compatitur volitionem.

**Secunda concluſio.** prout eiuſdem obiecti velle efficax et nolle inefficax: aut econuerſo ſe compatiuntur/ſic eiuſdem obiecti velle inefficax ꝛ velle efficax. patet: communiter operis oſtenſi conuenientis habetur quedam complacentia priuſquam per efficacem volitionem fiat executio. ꝛ idem de nolitione.

Actus inefficax tempore quo quis ad efficacē obligatur non eſt per hoc viciosus.

**Primum dubium.** an actus inefficax eo tēpore quo quis ad efficacem obligatur ſit viciosus. ¶ Reſpōdeo non. cum ſit operis boni conformiter recte rationi elicitus. nec recta rō dictat non eſſe efficaciter volendum: ſed eſſe efficaciter volendum.

¶ Dictamini igitur dictanti aliquid eſſe agendum poteſt voluntas in volendo ſe conformare tam per actum efficacem ꝙ per inefficacem.

¶ Uerumtamen an in caſu dubij retento hec propoſitio ſit vera: eſt inefficaciter volendum. ¶ Reſpondeo ꝙ ſic. ſaltem dictione non obligationem importante: prout iſta eſt huic complacendum: licitum eſt complacere licitum eſt actuꝫ complacentie inefficacem habere.

Actus inefficax eſt tā habitus ꝙ paſſiōis ꝓductiuus.

**Secundum dubium.** an actus inefficax ſit habitus aut paſſionis productiuus: videtur qđ non: alias eiuſdem obiecti ſe compaterentur contrarie paſſiones. ſcilicet ex volitione efficaci gaudium ꝛ ex nolitione efficaci triſticia. ¶ Reſpōdeo ad dubiuꝫ affirmatiue. ꝛ ad obiectionem/quibuſcunq; vocentur nominibus paſſiones ille dico eas nō eſſe formaliter cōtrarias ſicut nec actus. dogmatiſant eñ communiter ad triſticiā ſufficere nolitionem cōditionatam: cū ea tamē ſtat efficax operis volitio ex qua cū iudicio cōformi ꝓduci gaudium nō dubitabit quis philoſophie gnarus: ſtabunt igitur ſimul triſtitia ꝛ gaudium.

Actuū voluntatiſ qdā liber qdaꝫ naturalis.

Actuum liberi arbitrij quidam liber: quidam naturalis: liber quem libere elicit voluntas videlicet ex ſe potens eum pro tunc elicere: ac etiam nō elicere. Et per oppoſituꝫ naturalis qui non libere voluntate coagente producitur in ea: ſed ab alio ipſam neceſſitatem. ¶ Eam vero ad actū neceſſitari eſt multipharia multiſq; modis dicibile. Primo ex ipſius connexiōe appetitui ſenſitiuo. Secundo habitudine finis ad mediū. Tertio neceſſitate ſequele concluſionis per minorem oſtenſe ſequi ex aliqua vniuerſali volita. Quarto in virtute antecedentis voliti cū ſequela non includentis nolitū. Quintum quorundam opinione ex ipſius habitus magnitudine Sexto ex magnitudine bonitatis aut malicie obiecti oſtēſe. Septimo via cōtinuatiōis actus. Octauo a prima cauſa voluntatem preueniente. Nono ad ipſam et voluntatem actum proprium imperante.

Uoluntatē neceſſitari eſt nouem modis dicibile. fol. 9. col. 2.3.ꝛ.4

**Primum notabile.** Nouem enumeraui modos quibus apparenter imaginari poſſet voluntatem ad actum neceſſitari. ¶ Primus eſt quorundam opinione ex volũtatis connexione appetitui ſenſitiuo / cui ipſa nata eſt condelectari ꝛ contriſtari. Ita igitur quod ex actu appetitus ſenſitiui naturaliter ſurrepat / ꝛ ſcateat in voluntate act⁹ illi proportionatus. ſcilicet proſecutionis proſecutio / ꝛ fuge fuga: poſita in intellectu cognitione nec voluntate aliunde ſufficienter diſtracta. Exempli gratia / obiecto doloroſe ſenſum immutante ſcatet naturaliter in voluntate eiuſdem obiecti nolitio / atq; odium cum triſticia: pariter obiecto delectabiliter immutãte ſenſum ſurrepit in voluntate naturaliter eiuſdem obiecti volitio ſeu amor cũ gaudio. ꝛ iſti ſunt motus voluntatis primo primi atq; ſurreptitij ſepe deliberationem atq; vſum libertatis preuenientes / quibus libere ſe conformare atq; libere ſe difformare poteſt voluntas. Sunt igitur in voluntate compoſſibiles eiuſdem obiecti duo actus nomine ſimiles vnus naturalis: alter liber / pariter eiuſdem obiecti duo actus nomine ꝛ non re contrarij. vnus naturalis: alter liber. Exempli gratia. volitioni naturali compoſſibilis eſt eiuſdem obiecti nolitio libera: ꝛ nolitioni volitio. Nec libertati voluntatis ſubiacet hos motus naturales directe impedire quin inſurgant. Indirecte quidem ſic. videlicet per obiecti remotionem a ſenſu vel ipſius ſenſus ab obiecto: aut per couerſionem intellectus ad alia obiecta: quibus intentus ceſſet ab illorum ſenſibilium conſideratione: aut per omnimodam viſus rationis ſublationem. videlicet ſomno aut alio medio prouocatam. ¶ Et venit diligenter notandum hanc voluntatis ipſi ſenſui connexionem nõ eſſe efficientie: ſed ordinis nature: non eñ ipſius ſenſus actus effectiue cauſant ſimiles in voluntate: ſed hoc ordine fit / videlicet in ſenſu poſita proſecutione vel fuga cauſata a cognitione ſenſitiua ſuggeritur voluntati naturalis proſecutio vel fuga / que a cognitione intellectiua eiuſdem obiecti producitur. Eſt igitur connexio cognitiue ad cognitiuam. ꝛ appetitiue ad appetitiuam.

A D D I. Primus mod⁹ quo põt voluntas ad actuz neceſſitari.

¶ Secundus modus neceſſitandi voluntatem eſt ex connexione finis ad medium oſtenſum neceſſarium: quo fieret poſita ipſius finis efficaci volitione cum iudicio medij neceſſarij ad illum finem / non eſſe in libera voluntatis poteſtate / quin producatur illius medij volitio: ſic igitur efficaciter volens beatitudinem iudicans ad eam eẽ neceſſariũ ſubdere collum tyranno / neceſſitatur velle collum tyranno ſubdere. ¶ Tertius modus eſt ex habitudine illationis concluſionis oſtenſe per minorem ſequi ex aliqua vniuerſali: quo fieret poſita maioris efficaci volitione cum iudicio minoris ſubſumpte non eſſe in libera voluntatis poteſtate: quin in ea fiat ꝛ producatur cõcluſionis illate volitio: hinc volens efficaciter omnem furem ſuſpendi / ꝛ iudicans regem eſſe furem / neceſſitatur velle regem ſuſpendi. ¶ Quartus modus primo ſatis vicinus eſt ex habitudine conſequentis oſtenſi ꝛ voliti ſequi ex antecedente volito non includente nolitum: ita ꝙ antecedens ſit volitum ꝛ credatur conſequens ſequi ex antecedẽte: ſitq; volitũ ſequi ex illo / non eſt in libera poteſtate voluntatis / qn velit conſequens illud: poſitis itaq; illis tribus actibus / volitione antecedente / iudicio bonitatis conſequentie: ꝛ volitione talis bonitatis neceſſitatur voluntas velle conſequens.

Secũdus modus neceſſitande volũtatis. A D D I. Terti⁹ modus neceſſitandi volũtatez. Quartus mod⁹ neceſſitande volũtatis.

¶ Ex quo hanc ſumunt regulam: ſi conſequentia ſit bona ſcita ꝛ volita eſſe bona: ꝛ antecedens ſit volitum etiam conſequens: que regula a pleriſque reſtringitur modo antecedens non includat aliquod nolitum: prout hic / proijcio merces in mare propter tempeſtatem que eſt ergo tempeſtas eſt. ¶ Quintus mod⁹ neceſſitãde volũtatis ponit a nõnullis ex magnitudie habit⁹ / vbi dicit Olkot poſſe tã intẽſuz eẽ habitũ in volũtate ꝙ ſtãte intẽſionis gradu cũ alijs reqſitis volũtas neceſſario actũ ꝑducit: ex hoc (inqt ille doctor) volũtas regl'r ꝑducit act⁹

Quintus. modus neceſſitande volũtatis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*ADDITIO. *Sextus modꝰ neceſſitande volūtatis. Septimꝰ modus neceſſitande volūtatis. ADDITIO. *Octauꝰ modus neceſſitande volūtatis. Nonꝰ modus neceſſitationis ipſius volūtatis.*

ſuos modo nature ⁊ non libere:licet libere interpꝛetatiue ⁊ id experimento oſtēdit in vita humana:nam paucos de actibus noſtris deliberamus per collectionem vel ſillogiſmum pꝛacticum.ſed regulamur per conſuetudinem : homo(inquit)raro deliberat quando vult ponere caputium : vel alia indumenta : ſed ſicut conſueuimus ⁊ habituati ſumus:ſic quaſi naturaliter operamur.¶Sextus modus ab alijs ponitur ex magnitudine bonitatis oſtenſe voluntati eam allicientis:immo ad ſui amorem neceſſitantis:⁊ ita de malicia reſpectu odij: hinc dicunt dei clare viſi cognitionem neceſſitare voluntatem ad diligendum deum. miſeriam autem ad odiendū.¶Septimus modus ex rei permanentis natura. ſcilicet via continuationis qua neceſſitatur voluntas actum poſt elicionem continuare per certum tempus iuxta Ariſtotelis dictum/ nihil fit vt raptim tranſeat.vbi dogmatiſari ſolet actum etiam inſtantanee elicitum neceſſario per certū tempus continuari neceſſitate nature/neceſſe pꝛo tali tempoꝛe moraliter bonum vel malum/ſaltem noua bonitate vel malicia/cum pꝛo tunc ei deficiat libertas que eſt pꝛecipua bonitatis vel malicie conditio.¶Octauus neceſſitationis modus eſt a cauſa pꝛima.ſcilicet de potente ipſi voluntatis actus aliquos infundere/⁊ id dupliciter fieri poteſt. vno modo non coagente voluntate: alio modo ſic.¶Nonus modus a ſeipſa actum pꝛopꝛium efficaciter imperante/voluntate enim efficaciter volente odire ſortem naturaliter pꝛoducitur ab illa efficaci volitione odium ſortis/ ⁊ ita de alijs actibus reflexis imperantibus pꝛopꝛios voluntatis actus elici.

**Pꝛima concluſio.** Quamuis communiter indubitati ſint tres vltimi modi/ veruntamen ſex alijs modis poſſet pꝛobabiliter negari eſſe in volūtate actus aliquos naturales:patet: nullū motiuum pꝛo his efficaciter militat:fateoꝛ facti regularis eſſe ſex illas connexiones/nō autem neceſſitatis inevitabilis:diceretur igit illis cauſis ſupꝛa aſſignatis poſita volūtas mere libere actus ſequentes elicit/potens potētia eius abſoluta eos non elicere ſiue cauſas illas ſuſpendere.tanta nihilominus eſt volūtatis illis cauſis adiute pꝛōptitudo ⁊ īclinatio.vt mox ipſa illis cāis allecta agat/ nec regulariter illis coagere deficiat:quare videatur naturaliter agere.

**Secunda concluſio.** Pꝛobabiliter dici poſſet ab illis ſex cauſis poſſe volūtatem neceſſitari nō qualitercunꝫ ſed non renitentem hoc eſt niſi a voluntate libere renitēte impediātur ille cauſe/pꝛoducent in ea pꝛenominatos actus:ipſa ſcilicet non libere coagente renitens:tamen poteſt quaſcunꝫ cauſas creatas vincere eam ad actum inclinantes.

**Tertia concluſio.** Pꝛobabilis voluntatis neceſſitatio ad actꝰ aliquos non excludit potētiam ad liberos actus nomine contrarios:quinimmo potens eſt anima cum actibus illis naturalibus deliberare:⁊ actus liberos illis contrarios elicere:hec enim non eſt incōpoſſibilitatis contrarietas ; quare eos nomine contrarios appellaui : vnus eſt velle:⁊ alter nolle.

**Quarta concluſio.** Pꝛobabile eſt non poſſe volūtatem a cauſa ſecunda ſine pꝛopꝛio actu libero neceſſitari:⁊per hoc excluduntur pꝛimus modus quintus ex ſextus admiſſis reliquis in quibus concurrit pꝛopꝛius volūtatis actus. Extremam omnium illoꝛum modoꝛum deciſionem cui non modica opus eſt indagine libꝛo de libero arbitrio tradam.

*Actum liberū ⁊ actū naturalem contingit non ſpecie differre.*

**Pꝛimum dubium.** An quicunꝫ actus naturalis ⁊ ſimilis liber ſpecie differant.¶Reſpondeo nō: oſtēdo:nam actus tempoꝛe naturalis continuationis exiſtens naturalis poteſt iterum liber effici, pꝛeterea aliquis actus quem deus ſolus infundit poteſt a volū-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tate create continuari libere deo ſcilicet permittēte: qui actum eiuſdem ſpecieſ cum actu libero infundere valet: nō igitur inconueniēt actum aliquem naturalē eſſe cum actu libero eiuſdē ſpeciei: ⁊ qui elicitus eſt naturaliter poteſt illa cauſa abſente cōtinuari libere. Nec nego poſſibiles eſſe eiuſdem obiecti naturales actus ſpecie diuerſos a liberis: ⁊ qui nequeunt efficientia voluntatis create fieri liberi.

**Secundum dubium.** An actus liber factus naturalis ſit actui libero oppoſite denominatiōis contrarius. ❡Reſponderi poteſt quod non: nec vnus actus continuatio naturalis impedit ꝑ tunc liberā actus contrarij elicitionem: aliter voluntas inſtanti nee eliciens dei odium impoſſibilitaretur poſt illud inſtans diligere deum impoſſibilitaretur penitere ꝓpter deum: nō eſſet ei pro tunc ſalutis remedium. de hoc infra. Ex quo hec ſequerentur corollaria. Primū: contingit aliquem ſimul diligere deum ⁊ odire eū vno libere: ⁊ altero naturaliter. patet. tempore naturalis continuationis vni⁹ illorū actu ū pōt libere elici actus contrarius: immo temporibus eorū cōicantibus in parte cōicationis tēporum naturalis cōtinuationis odit deum: ⁊ diligit ambobus actibus naturalibus. ❡Secundum corollarium: aliqs odit deū nolens odire: aut diligit nolēs diligere: patet, pōt ea inuita continuari actus nolit igitur continuari odium dei habet propoſitum: ipſa nō vult odire deū ⁊ odit eum: ita de dilectione. ❡Tertium corrollarium aliquis odit deū non peccans per hoc. ſ. tempore naturalis cōtinuationis: quare contingit in gratia diligere deū ſuper omnia. ⁊ per hoc non mereri. que reſtant dubia tangētur alio huius libri capitulo.

Actus factꝰ naturalis an actui libero cōtrarie denominationis ſit icō poſſibilis.

ACtuum liberi arbitrij quidam inſtantanee: quidam ſucceſſiue elicitur. His pariter modis tam paſſionem ꝙ habitum produci contingit: nec tamen actuum ſpeciem permutat hec productionū differentia: ad quam nec voluntatis requiritur per actuꝫ reflexum determinatio: prout enim ad eliciendum actum nō requiritur velle elicere: ſic ad inſtantanee vel ſucceſſiue producendum non eſt opus velle ſic aut ſic elicere eum.

Actuū voluntatꝭ qdā inſtātanee qdā ſucceſſiue elicit nec ad huius aut illius determinationē reqrit actꝰ reflexꝰ: idē de habitu ⁊ paſſione.

ADDITIO. * Quid ſit actū inſtantanee elici.

**PRimuꝫ notabile.** Actum ſucceſſiue elici eſt partibiliter ſm partium temporis ſucceſſionem produci: actus eīn ex duobus actibus inſtantaneis cōpoſitus ꝫ videlꝫ duobus inſtantibus elicitus partibiliter fit: non autem proprie ſucceſſiue. ❡Actum autem inſtantanee elici eſt in inſtanti totum ſimul fieri: aut ſaltem in inſtātibus ſm ſuas partes. Actus enim quē deus immediate poſt hoc inſtans totum ſimul produceret, producit impartibiliter: non autem ſucceſſiue: nec inſtātanee per primū ſui eſſe.

**Secundum notabile.** Prout de productione: ſic de corruptione ſuo modo cenſendū eſt videlicet dupliciter actū reſecari atqꝫ corrumpi ſucceſſiue ⁊ inſtantanee. ❡Fuit enim quorundaꝫ opinio omnem voluntatis actum ſucceſſiue ꝑduci: aliorum autem inſtantanee.

**Prima concluſio.** Utroqꝫ modo potens eſt voluntas in actuꝫ: inſtantanee quidem probo: contingit nullā eſſe reſiſtentiam: nec extrinſecam nec intrinſecam. ſucceſſiue vero pariter oſtendo: poteſt voluntas actum ſuum augere: atqꝫ gradualiter intendere ſm ꝙ obie

Actus idē prim liber partim naturalis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctum apparet melius/ſed poteſt ſucceſſiue creſcere bonitatis obiecti apparẽtia: ergo ⁊ amor eiuſdem obiecti ſucceſſiue creſcere poterit. ¶Sequitur corrollarie/actm inſtãntaee elicitum põt volũtas ſucceſſiue augere ſiue gradualiter intendere /⁊inde ſm cõez neothericoꝝ opinionẽ de naturali actus continuatiõe cõtingit vnum actum partim liberum eſſe/⁊ partim naturalem/ id patet quoniã gradus naturaliter continuatus gradum eiuſdem ſpeciei intendit pro certo inſtanti libere elicitum/igitur pro tunc totius actus cõflati vna pars eſt actus libera altera autem naturalis.

**Secunda concluſio.** Contingit volũtatis paſſionem tã inſtantanee ꝙ ſucceſſiue ꝓduci/pariter ⁊ habitum/oſtẽdo/producitur atqꝫ creſcit paſſio vel habitus ſimul cuꝫ actu elicito/igitur ex actu inſtantanee elicito producitur pro eodem inſtanti paſſio atqꝫ habitus poſt illud autem inſtans actu ſucceſſiue creſcente ſucceſſiue creſcit paſſio etiam habitus.

Meritum iſtãtaneuꝫ tẽporario eq̃ri põt.

**Primum dubium.** An meritum atqꝫ demeritum vel inſtantaneum poſſit temporario coequari. ¶Reſpondeo ſic:nam gradualis intenſio recompenſare poteſt:ꝙtum temporalis continuatio ſuperaddit.

**Secundum dubium.** An voluntas inſtantanee poſſit velle ſucceſſiue agere pariter ſucceſſiue poſſit velle agere iſtãtanee. ¶Reſpondeo ſic:prout inſtantanee velle poteſt currere: ⁊ ſucceſſiue velle poteſt aliquid ſubito fieri.

Actuũ atqꝫ paſſionũ ⁊ habituũ penes q̃d ſumat̃ ſpecifica differẽtia.

DEnes vitaliter immutandi modos: aut penes totalia obiecta ſpecie differunt: aut conueniunt liberi arbitrij actus pariter paſſiones: habitus autem penes actus. ¶Et hec a poſteriori ſeu indicatiue ſumitur diſtinctio: hoc eſt illa ſunt nobis differentie vel conuenientie indicia.

Cauſaruꝫ differẽtia aut idẽtitas nõ ſemper arguit eã eſſe effectum.

**PRimum notabile.** Specifica cauſarum differentia aliquos effectus ꝓducentium non eſt ſufficiens differentie ſpecifice effectiuum argumentum: nec identitas identitatis. Primum probo: a cauſis ſpecie differẽtibus eiuſdem ſpeciei manant: prout a ſole ⁊ igne calores: ſic a motiuis ſpecie diſtinctis poſſunt vnius concluſionis aſſenſus produci eiuſdẽ ſpeciei: a motiuis ſpecie diuerſis volũtati coagẽtib⁹ volitiones ſpecie ꝯſimiles. ¶Secundum oſtendo: a calorib⁹ intenſo ⁊ remiſſo effectus ſpecie diuerſi ſunt producibiles: videlicet quatuor humores: aut alia hmõi: quinimo ab eodem calore propter diſtatiã aut paſſi diuerſitatem. in aia autẽ actus ipſe paſſionem ⁊ habitũ producit ſpecie differẽtes.

**Secundum notabile.** Argumẽtum differentie vel conuenientie actuum ſupra poſitum eſt a poſteriori ſumptum: ſcilicet quo ad nos ſeu indicatiue. Eſt enim nobis differentie indicium vel conuenientie quod addo: quoniã illa anime accidentia extra eam poſita: ⁊ ſic non vitaliter immutantia: nec obiecta pro tunc habentia vere eſſentialiter conuenirent ſpecie vel differrent.

**Prima cõcluſio nõ modo liberi arbitrij** ſed cunctarum potẽtiarum anime actus penes duos ſupradictos modos ſpecie differũt vel conueniunt: patet: identitas aut differẽtia cauſarum comprodu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rentium:vt oſtendi/non eſt ſufficiens argumentum igitur ℞c. ¶Quo ad primũ eiuſdem obiecti volitio ⁊ nolitio ſpecie differunt penes ſuos immutandi modos:ſimiliter eiuſdem obiecti actus intuitiuus ⁊ abſtractiuus ſiue voluntatis ſint ambo ſiue intellectus:pariter actus indicatiuus qui per volo explicatur ⁊ alter optatiuus q̃ exprimitur per vellem:⁊ ita de reliquis differentijs vitaliter immutatiuis:illi tn̄ actus penes hoc ſpecie diſtinguũtur. ¶Ex parte autem obiectorum eſt dupliciter conſyderatio:vno modo penes materiam:alio modo penes modos ſe hn̄di alijs vbis ex pte obi mãlis vl' ex pte obi formal':nã ad ſpecificam idẽtitatem requiritur penes vtrũq; omnimoda identitas diſcrimine em̄ primi/iſti actᵒ velle ieiunare/velle orare ſpecie differũt/pariter iſti/volo orare die feſto/volo orare die feriali:⁊ iſti volo orare/volo orare i loco ſacro/nulliᵒ.n. illarum combinationum eſt idem obiectum totale:diſcrimine autem ſecundi iſti actus ſpecie ſunt diuerſi:ſcilicet diligere ſortem currentem/diligere ſortem quieſcentem quorum idem eſt ex parte rei obiectum non cond:ſtinguendo motum a mobili:eſt tamen modorum ſe habendi diuerſitas/⁊ ita velle cognoſcere bertham ſolutam:velle cognoſcere eam ligatam differũt ſpecie propter varias ex parte obiectorũ connotationes:⁊ ſic in ceteris tam virtutum q̃ viciorum materijs que ſummopere pro varijs dubijs abſoluendis veniunt conſyderanda. ¶Ex his igitur pſpicuum eſt circunſtantiam ex parte obiecti ſe tenentem variare ſpeciem nature/ipſa autem ſolũ adiacens non niſi in eſſe moris dat ſpeciem/⁊ idem de prudentia cenſeo dicendum/que poteſt eſſe ipſius actus moralis obiectum/vel ſolum adiacens circunſtantia.

Actuũ differẽtiã ſpecificam nõ ſolũ arguit alietas rei obiectiua: ſʒ etiã modi ſe habẽdi diuerſitas.

**Primũ dubiũ.** an omnis actus quinimmo omnis creatura certe ſit ſpeciei ſpecialiſſime. ¶Reſpondeo ſic:oſtendo. omnis res eſt plurificabilis per indiuidua equalis perfectionis eſſentialis/illa autem inter ſe ſpecie ſpecialiſſima conueniunt/igitur in ſpecie ſpecialiſſima conſtituuntur. ¶Uideo enim in moralibus aberrantes multos credẽtes quaſdam virtutes genericas ideo dici tales/quoniam ſpecie ſpecialiſſima careant/prout ſunt iſti actus volo recte agere/volo temperate agere/aut fortiter aut iuſte ℞c. ¶Contra he due volitiones volo recte agere volo recte agere ſunt inter ſe equalis perfectionis eſſentialis/igitur eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime/pariter de iſto actu volo temperare agere cuius ſimilia indiuidua plurificari poſſunt. ¶Dico igitur tales volũtatis actus aut habitus applicari genericos communitate predicationis/ſecundum noticias genericas eis reſpondentes.genericus enim virtutis conceptus aut generica temperantie noticia eſt de pluribus ſpecie differẽtibus predicabilis.

Actᵒ quelibet eſt certe ſpẽi ſpecialiſſime.

✱VODIJ TIO. Refellit quorũdam errorem.

**Secundũ dubium** an predicti actus generici ſint pariter in eſſe moris in ſpecie ſpecialiſſima conſtituti. ¶Reſpondeo ſic:oſtendo:eiuſdem adequati obiecti duo actᵒ generici ſunt omnino ſimilis ⁊ equalis bonitatis:igitur ſunt inter ſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime in eſſe moris iſte ergo actus volo recte agere:cum actibus ſimilibus repetitis conſtituitur in ſpecie ſpecialiſſima moris/appellatur autem bonitas generica quia obiectiue circa materiam verſatur ſecundum genericam boni rationem ſeu ſecundum conceptum genericum boni/⁊ ita in alijs conuenit dicendum.

Actᵒ generici ſunt in ſpẽ ſpãliſſima moris cõſtituti.

Poteſt liberum arbitrium ad ſuos actus allici atq; retrahi facilitari atq; difficultari ſpontaneari:cogi neceſſitari ⁊ impoſſibilitari non autem violentari:ſed vt ita dicam naturalizari. ¶Uoluntatem allici:eſt aliquo motiuo ſua

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Uoluntas an poſſit al lici retrahi facilitari difficultari ſpōtaneari cogi neceſ ſitari ꝯpoſ ſibilitari violentari fo.11.⁊.2.

deri:retrahi eſt motiuo diſſuaderi. ¶ Facilitari ad actum
eſt cauſam habere coadiuuantem aut remoueri contrariā.
difficultari eſt cauſam coadiuuantem remoueri aut ineſſe
contrariam. ¶ Spontaneari (nomine ficto) eſt volūtatē
actum habere volentem:cogi autem eſt actum habere nolē
tem. Neceſſitari eſt actum recipere a quo pro tūc libere de
ſiſtere nequit::īpoſſibilitari eſt non poſſe pro tunc in actū.
Naturalizari eſt eam per modum nature actum recipere ſe
cundum naturalem eius inclinationem:violentari autem
ad actum eſt eum contra naturalem eius inclinationem re
cipere.

Rimū igitur notabile voluntatem allici ē
eā habere motiuū
perſuadens:retrahi eſt motiuum diſſuadens adeſſe. ¶ Sic igit
noticia voluntati oſtendens aliquod genus bonitatis atq; ama
bilitatis:obiecti ſcʒ vtilis:delectabilis vel honeſti allicit ad amo
rem atq; volitionem:ab odio autem atq; nolitione retrahit:pari
ter noticia que voluntati aliquod genus malicie atq; odibilitatis obiecti oſten
dit:retrahit ab amore atq; volitione:⁊ allicit ad odium ſiue nolitionem.

✱Uolūtatē ad actuʒ ſuū pducēdū facilitari qd ſit.

Secūdum notabile voluntatem ad actum ſuum produ
cendum facilitari:eſt cauſam coadiu
uantem habere:aut cauſam remoueri adiutorio' contrariam. ipſam autem ad
actum aliquem difficultari eſt cauſam coadiuuantem ad illum actum deeſſe:
vel coadiuuantem ad actum contrarium adeſſe. Quare difficultari non eſt ali
quo modo voluntatis vim atq; virtutem diminui:quanto enim ipſi voluntati
coagit cauſa fortior:tantū promptius atq; intenſius ipſa ſuum elicit actum. nō
igitur datur intentiſſim9 actus quem elicere poteſt voluntas adiuta. nam in
finite creſcere poteſt cauſa iuuans:continue autem cum maiori iuuamine intē
ſiorem actum ipſa elicere poteſt. ¶ Quadruplex enim cauſa creata poteſt vo
luntati ad actum eliciendum coagere ⁊ ita facilitare: videlicet iudicium habi
tus:actus voluntatis:⁊ appetitus ſenſitiuus. ¶ Primo quidem iudicium obie
cti oſtenſiuum ſub apparentia boni facilitat ad amorem:⁊ difficultat ad odiuʒ
pariter iudicium oſtenſiuum obiecti ſub apparentia mali facilitat ad odium ⁊
alios actus concomitantes. difficultat autem ad amorem:hinc cuʒ iudicio oſtē
ſiuo hominis tanq̄ȝ ei inimici difficultatur voluntas hunc amare vel bonuʒ ei
exopt are. ¶ Secundo habitus ad ſuum facilitat actum:nam coagit ad eum.
voluntas igitur habituata duplici iuuamine facilitatur ad actus:primo ex ip
ſorum habituum coefficientia:ſecundo ex concurſu iudiciorum ipſius intellect9
conformiter habituati ad voluntatem:talis eſt enim voluntatis ⁊ intellectus
connexio:vt eius habitus habeant regulariter in intellectu correſpondētes ha
bitus iudicatiuos:qui in eo producebantur ex iudicijs quando in volūtate ex
actibus geniti;ſunt habitus:hinc materijs occurrentibus habituum appetiti
uorum ſurgunt ab habitibus intellectiuis intellectiua iudicia:ſuadentia volū
tati in rebus conſuetis operari:⁊ cum his quidem ſunt ipſius voluntatis ha
bitus eam ad idem inclinantes:ſic igitur ex duplici illo iuuamine fortiter mo
uente prōpte elicit voluntas actus ſuos:ſicq; expedite operatur tanq̄ȝ ſi per mo
dum nature ageret, illa enim eſt cauſa cur hominibus habituatis frequentius
occurrun

Uoluntati coagere ꝑt q̄druplex cā ſcđa.

habitibus volūtatī rñ dēt habit9 itellectiui.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

occurrunt conformiter ad ſuos habitus iudicia: ⁊ idem de complexione: nam ſecundum diuerſarum complexionum naturalium inclinationes ſe offerunt ſurrepentia quedam dictamina agendorum ⁊ fugiendorum complexionibus conformia: quibus voluntas allecta atqȝ directa ſequitur vt plurimum ipſius habitus vel complexionis impulſum niſi aliud fuerit rationis iudicium legi conforme dictanti de bono vel malo maiori quam ſit illud oſtenſum ſecundum habitus vel complexionis inclinationem/ hinc prouide in hoc debet eſſe ratio vigil. ¶ Tertio voluntatis actus poteſt eam ad alium actum facilitare/ nam ei coagere poteſt: gratia exempli/ amor facilitat ad optādum rei amate bonū: ⁊ difficultat ad volendum ei incōmodum/ pariter odium facilitat ad optādum malum ⁊ difficultat ad bonum ſic ⁊ vna virtus ad aliam virtutem voluntatem facilitat: ⁊ viciū ad viciū. ¶ Quarto de appetitu ſenſitiuo q̄liter facilitet vel difficultet voluntatem corpori immerſam ſaluari poteſt abſqȝ appetitus ſenſitiui cōcurſu coagentis volūtati: videlicet ex iudicio intellectiuo proportionato iudicio ſenſus/ ⁊ ex connexionis magnitudine voluntatis cum ſenſualitate. Nemo enim carnem ſuam odio habuit/ ſed nutrit ⁊ fouet eam: tanta ē enī vis amoris vt vix rei amate aliquid deneget: ſicqȝ difficultatur voluntas aliquid ſenſualitati denegare vel penam quam ipſa recuſat infligere. hinc inter tria tētationum genera (inquit magiſter ſententiarum libro ſecundo diſtinc. xxj.) tentatio carnis interior difficilius vincitur quia interius oppugnans de noſtro contra nos roboratur/ quod reſpectu eiuſdem peccati carnis reſtringi ſolet. diuerſorum autem peccatorum comparatione ſe habent vt excedens ⁊ exceſſum quidam plus honoribus q̄ voluptatibus afficitur/ quidam econuerſo/ quare ille difficilius tentationi honorum a demone reſiſtit q̄ tentationi voluptatum a carne ſuggeſte: alter autem econuerſo: quinimmo de eodem peccato dico idem contingere. nam poteſt ex conditione perſone (prout in naturaliter frigido) eſſe valde modica carnis tentatio quam ad idem peccatum poterit maiorem ingerere demon propter ampliorem boni oſtēſionem. fateor tamen q̄ ex anime ad carnem connexione: magis afficitur voluntas iudicio ex carne ortum habenti/ q̄ equali iudicio a demone ſuggeſto/ ſaltem cum primo carne ſenſibiliter immutata ⁊ non cum ſecūdo quod notāter addo/ quoniam vbi eſſent omnia paria: ſcilicet equa obiecti oſtenſio cum equali carnis immutatiōe vna ab intrinſeca corporis diſpoſitione: ⁊ alia a demone: ille cauſe in eodem paſſo equaliter diſpoſito eūdem haberent effectum/ veruntamen regulariter in carnis tentatione fit ſenſibilis immutatio qualiter non in altera. ¶ Quinto de fomite originali volūtatem ad bonum difficultante: ⁊ facilitante ad malum/ dico vt de complexione/ de bonitatis autem vel malicie augmento vel decremento/ ratione facilitatis aut difficultatis futurus eſt ſermo.

Habitib⁹ ⁊ cōplexionibus cōformia regl'r ſurrepunt iudicia.

Tentatio carnis iterior inter tria tētationū genera difficili⁹ vincit an indeficienter ſit verum.

# Tertium notabile

ficto nomine coactioni contrario/ voluntas ſpontaneatur habens actum volens habere eum. ¶ Ad eliciendum actum non requirit velle elicere eum: aliter non vitaret actuum reflexorum infinitas/ ſic igitur communiter ſortes libere amat ⁊ non vult amare/ libere odit ⁊ non vult odire. ¶ Cogi autem diceretur voluntas que habere aliquid nolens illud ineſſe. ¶ Tria ſunt enim in volūtate/ ſcilicet actus/ paſſiones/ ⁊ habitus. Quo ad habitum proprium cadere poteſt coactio/ nam poteſt ea nolente generari habitus atqȝ genitus continuari ⁊ permanere/ oſtendo/ naturalis eſt ipſius habitus productio atqȝ permanētia. ¶ Quo ad paſſionem ſimiliter cadit coactio poſito actu/ hoc eſt poſito actu generatur paſſio vel continuatur voluntate nolente illud' plerique enim vellent non tanto affici gaudio vel triſticia poſitis actibus/ qui tamen illis paſſionibus afficiūtur recuſantes ab actibus deſiſtere. ¶ Quo autem ad actum ſuum/ primo dico



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eam poſſe a prima cauſa cogi ad actus ſuſceptionem ac eiuſdem continuationem/nam poteſt deus ipſi voluntati inuite actum immittere ⁊ immiſſum cōtinuare/ſic eſt in demonibus:qui aliquos eorum actus reſecare nequeunt aliter penam ſuam ſcilicet triſticiam exterminare valerent ablatis videlicet actibus/qui ſunt nolitionis detentionis vel priuationis. ¶ Supereſt de coactione a cauſa ſecūda/vbi dico ſuppoſita veritate ḋ actuū naturali continuatione cogi poteſt volūtas ad eū/ ſcilicet poſt elicitionem:continuetur enim actus ipſa eū continuari nolēte:ſic igitur admiſſis in voluntate actibus naturalibꝰ prout ab habitu:ab appetitu ſenſitiuo/aut aliunde:eam poſſe ad talium elicitionē cogi applicatis cauſis fatendum eſt/ita ꝙ ſurrepāt ea nolente illi motus. poteſt deniqꝫ cogi ad determinatas actuum mere liberorum cōditiones/prout ad determinatam actus intenſionem coagente ei habitu/⁊ ad ſimiles non ſub libertate (actu poſito)cadentes.

*Additio.

Volūtatē neceſſitari ad actū qd ſit.

## Quartum notabile

voluntatem neceſſitari ad actum/eſt recipere eum a quo pro tūc libere deſiſtere nequit/cuius modos nouēʒ ſupra numerauit:ſufficit nūc cōcludere inter coactionem ⁊ neceſſitationem differentiam/quoties eñ volūtas cogit̄ neceſſitat̄ ⁊ non contra nam contingit eam neceſſitari nō inuitam/hoc eſt non nolentem neceſſitari/immo volentem. ¶ Impoſſibilitari vero ad actum eſt nō poſſe pro tūc in illum/⁊ intellige pro tunc/id eſt preciſe cum cauſis tūc aſſiſtentibus/ſic igit̄ in intellectu nulla exiſtente cognitione voluntas pro tunc impoſſibilitatur actum elicere/prout in dormientibus/in fatuis/aut aliter vſu rōnis carentibus.

*Quid ſit volūtatē impoſſibilitari ad actū.

Corollarium.

Corrolarium / cuiuſcunqꝫ obiecti non habetur cognitio dicitur pro tunc volūtas ad actum illius obiecti impoſſibilitari/ſic igit̄ omnis cauſa tollens rōis vſum id eſt vſum intellectꝰ impoſſibilitat volūtatem pro tūc ad actum/⁊ retrahens a certi obiecti conſideratione impoſſibilitat eam pro tunc ad illius obiecti appetitiuum actum pariter cauſa volūtatem neceſſitās ad vnum actum impoſſibilitat eam ad actum vere cōtrarium/defectu ſimiliter alterius cauſe neceſſario requiſite impoſſibilitatur pro tūc potentia ad actum/ſic enim ad actum malū impoſſibilitatur voluntas beati/videlicet prima cauſa ordināte non ei ad actū vicioſum coagere pariter ad actus plene bonos impoſſibilitatur damnatus videlicet ex ipoſſibilitatione relationis actuū in finem vltimum dilectū:nā a dei odio deſiſtere nequeūt. Alios autem actꝰ ex genere bonos elicere poſſunt.

*Violētari duplex.

## Quintum notabile

violentari eſt alicui contra eius naturalem inclinationem aliqd ineſſe vel deeſſe/cuius oppoſitum ſi volueris appelletur quietari/ignis eñ per frigoris inherentiam vel per priuationem caloris violentaretur. ¶ Sic igitur eſt duplex violentari ſcilicet poſitiue ⁊ priuatiue. ¶ Quo eñ ad primum/volūtatem ad actū ſuum violentari eſſet ei actum contra naturalē eiꝰ inclinationē ineſſe quod fieri nequit ab vlla cauſa ſecunda vel prima/nam ad omnem eius actum inclinationem habet/ita igitur ꝙ nec ſimul per velle ⁊ nolle eiuſdem obiecti violētaretur/ſed potius violentatur actus ab actu/quo autem ad ſecundum a nonnullis conceditur voluntati poſſibilis aliqua violentatio. Exempli gratia/ipſa toto niſu conāte diligere proximū ⁊ deo non ei ad dilectionē coagēte/in hoc caſu volūtas violētaret̄ priuatiue/ſcʒ per nō poſitionē actꝰ adquē nitit̄:ſcʒ! pfecto rōne ſimili nō eſſet negādū eā poſſe poſitiue violētari/ſcʒ ea toto conatu dilectiōi reſiſtente ⁊ deo eam immittente.

*Voluntas duplr cōſiderari poteſt.

¶ Quid igitur cenſendum ſit dico. dupliciter conſiderari poteſt voluntas vno modo vt natura/alio modo vt libera. Primo quideʒ modo inſunt ei prout alijs rebus creatis naturales ſue inclinationes ad eſſe/conſeruari/ad bene eſſe ⁊ huiuſmodi:ipſa enim beatitudo naturam perficit quare preter ſpontaneam atqꝫ liberam voluntatis inclinationem ad beatitudinem eſt(etiam omni cogni-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tione ſecluſa) ei tanq̄ nature inclinatio naturalis ad eādem: ⁊ idcirco per eius priuationem tempore debito violentatur. Aliter enim priuatio beatitudinis non eſſet dānato pena. Dico inſuper per triſticiam male imutatiue eſt ipſi voluntati prout ſenſui per dolorem: quare per triſticiam violentatur poſitiue voluntas quomodo ſenſus per dolorem: ⁊ in violentationis oppoſitum fit ei per gaudium ⁊ delectationem quietatio.

## Primum dubium. A quibus cauſis abſorberi poteſt ratio.

Rō a q̄bus cauſis abſorberi poſſit.

**Reſpondeo primo ex vehementi paſſio**ne ſenſus ſic animā rapiēte vt (ipſa illi vehemēti paſſiōi delectatiōis vel doloris intēta ⁊ fixa) ceſſet alioꝝ obiectoꝝ cōſideratio. ¶ Scdō pariter abſorbet ex vehemēti volūtatis paſſiōe: ſic prorſus animā cōuertētis ad obiectoꝝ cōſideratiōnē quoꝝ eſt talis vehemēs prout gaudiū vel triſticie paſſio: vt pereat aliorum agēdorum aut fugiendorum aduertentia atq̄ conſideratio. ¶ Tertio abſorbet ex vehementi apprehenſione obiecti in ſenſu vel intellectu: ſic fixe potentiā cognitiuā cōuertente ad certi obiecti cōſiderationem vt euaneſcat alioꝝ cōſideratio. Cū enī anime efficiētia atq̄ attentio ſit finita: hinc pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: quādoq̄ ſic alicui obiecto viſo figit quis vt loquentem nō audiat: pariter quādoq̄ vſq̄ adeo alicui interius ſpeculabili vehemēter afficit intellect⁹ vt trāſeuntem iſte ſic raptus non videat nec audiat loquentem. ¶ Quarto abſorbet ratio recta a voluntatis imperio: intellectū retrahētis ab agendoꝝ cōſideratione atq̄ cōuertētis eū ad cōſiderāda illicita ⁊ vias que perducunt ad illa cuiuſmodi eſt volūtas deprauata que intellectum excecare dicit ſcȝ ne recte agēda cōſideret: ⁊ per oppoſitum voluntas pia intellectum illuminare poteſt: ſcȝ eum a conſiderationibus obiectorum illicitorum retrahendo: et vltro cōuertēdo ad licita: ſic enī vſq̄ adeo nonnulli extollunt voluntatis ad intellectum dominium: vt voluntatem deprauatam aſſerant poſſe cum aliquo motiuo facere intellectum oppoſito primi principij: atq̄ quorūcūq̄ euidentium oppoſitis aſſentire de quo ſupra: id autem fateor affectata volūtas facere pōt intellectum credere plus quam ratio probet.

## Secundum dubium an poſſit ex peccatoris malicia creſcere cecitas intellect⁹ vſq̄ ad ſyndereſis extinctionē.

¶ Syndereſis enī eſt aſſenſus vel habit⁹ pncipij practici ſcȝ euidentis ⁊ p ſe noti: q̄lia ſunt iuris naturalis principia de honeſto ſequēdo ⁊ turpi vitādo. ¶ Eſt igit duplex ſyndereſis ſcȝ actualis ⁊ habitualis. Poſſet aliter capi ſyndereſis pro intellectus naturali inſtinctu: atq̄ īclinatiōe aſſentiēdi hmōi pncipijs practicis euidētibus ⁊ per ſe notis: noīa ad placitū ſignificāt: quare trāſeat hec acceptio.

Syndereſi an extiguere poſſit malicia.

Synderes̄. q̄tuplex et eius acceptiones.

Syndereſis q̄d ⁊ q̄tuplex.

**Reſpondeo** igit cū hmōi naturalis iſtinct⁹ ſeu īclinatio ſit ipſe intellect⁹ clarū eſt nō poſſe p nām extigui ſyndereſim. ¶ Accepta vō ſyndereſi p actu vel habitu dico pōt īpediri ſyndereſis q̄tū ad actum p nō pſentationē pncipioꝝ itellectui: certū ē itellectū nō ſemp ad q̄cūq̄ euidētia p ſe nota aduertere necigit ſemp eoꝝ aſſenſum hr̄e: q̄re et pōt itellect⁹ eē ſine ſyndereſis habitu ſcȝ ante primū actū. An aūt pſentatis itellectui pncipijs practicis: id eſt habita eoꝝ apprehēſiōe poſſit pductio aſſenſus īpediri reſpōderent affirmatiue, id aſſerentes de primo principio: ſcȝ qd volūtas deprauata pōt cum aliquo motiuo īpedire intellectum illis principijs practicis p ſe notis aſſentire. q̄nimo eiſdē diſſentire: aſſentire eorūdem oppoſitis. ⁊ gñari oppoſitoꝝ habit⁹ ex qb⁹ pncipioꝝ habit⁹ geniti corrūpant. ſic enim tam quo ad actū q̄ habitum extigueret ſyndereſis: nō autē irrecuperabiliter: nā reuiuiſcere poſſet videlicet



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a ſuo effectu nõ ĩpeditis pervolũtatẽ depꝛauato appꝛehẽſiõibꝰ illoꝝ pꝛĩcipioꝝ.

Syndereſis extictio ꝙ̃ piculoſa

¶O quã igitur piculoſuz in hoĩe depꝛauato foret ſic ſynderesim atq̈ rationis lumẽ extingui. Nã ipſa eſt q̃ itus remurmurãs errãtẽ redire ad boni ꝛ equi ſemitã derelicto turpi inhoneſto continue inſtigat: fateoꝛ in tã depꝛauatã cecitatẽ raro hominẽ detrudi: nã (teſte Auguſtino ſcđo de ciuitate dei) tãta eſt vis ꝓbitatis et caſtitatis: vt omnis vel pene omnis eius laude moueatur humana natura: nec vſq̈ adeo fit turpitudine vicioſa: vt totum amittat ſenſum honeſtatis. hec ille. ¶Quinimmo in damnatis viget huiuſmodi naturalis rationis lumen: quoꝝ nec ignis extinguet: nec vermis moꝛiet. ¶Sic eñ prudẽtis eſt cũ aliqua inſurgit paſſio vel tẽtatio eã vigilãter pꝛeuenire: vel potẽtiã intellectiuã ad aliud cõuertẽdo: ne adeo creſcẽs rationẽ abſoꝛbeat: ꝛ ceſſantibus iudicijs ratiõis in turpes ꝛ dedecoꝛos actꝰ more brutoꝛum pꝛoꝛumpatur ſecundum paſſionum ꝛ tentationum impetum: talis enim negligentia voluntati cohibere potenti imputaretur.

Perraro fit ĩ hoĩe ſyndereſis cecitas.

¶De liberi arbtirij paſſionibus. Cap.iiij.

Paſſio qđ ſit.



Aſſio (relictis alijs vocabuli acceptionibus) eſt potentie cognitiue aut eius appetitiue accidens actuz naturaliter concomitans: ab ipſoq̈ ineſſe ꝛ cõſeruari dependens. ¶Qui igitur ipſas anime paſſiones ne inſurgant impedire cupit: ipſiꝰ anime actus impediat: ſi pariter ipſas iam inexiſtentes moderare aut reſecare velit ipſos actus moderet aut tollat. ſi vero neq̃at nouerit quod nec ipſe paſſiones reſecare aut moderare poteſt. ¶His ſuperaddo huiuſmodi accidentia vitaliter immutare: quinimmo potentiam conſummate felicitare aut infelicitare.

Paſſiões reſecare volẽs reſecet actꝰ fol.12. co.1.ꝛ.2.fo. 13.co.1.

PRimum notabile. extenſo nomine omne accidẽs appellatur ſubiecti paſſio cui inheret: ſic quedã coꝛpoꝛis qualitates paſſiões aĩe ꝓuocãtes ſolẽt paſſiões nũcupari. Aliter capitur ꝑ ſolo potẽtie cognitiue aut appetitiue actu aut actũ cõcomitãte: ſtrictius aũt pꝛout ſupꝛa diffiniui condiſtinguendo actui et habitui paſſionem.

Paſſio ĩ q̃bꝰ ab actu ꝛ habitu differat.

Scđm notabile in ſupioꝛi paſſiõis diffinitiõe duo tãguntur. ſ. nãlis cõcomitãtia ꝑ quã differt ab actu. Et cõſeruatio ꝑ quã differt ab habitu. Quo ad primũ. Paſſionẽ p̃cedit actꝰ ſaltẽ pꝛopꝛietate nãe: eãq̈ ꝓducit abſq̈ obi coefficiẽtia. Exẽpli grã: i ſenſu delectatio ab actu ꝓſecutiuo cũ ſẽſatiõe ꝯuenientĩ: ꝛ doloꝛ ab actu refugitiuo, cũ ſẽſatiõe diſcõ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ueniēt; signif pit i volūtate gaudiū a volitiōe cū iudicio ꝯformi ⁊ triſticia a noli
tione cum iudicio diſformi.hinc dicitur triſtitia eſſe de his que nobis nolenti-
bus accidunt: ⁊ ita gaudium de his que nobis volentibus accidunt: accidunt
id eſt accidere creduntur.¶Quo ad ſecundum dico:nequit naturaliter huiuſ-
modi paſſio producta manere ſine actus preſentia.ꝑ hoc differt ab habitu vel
ſpecie.Et ꝙ non coagat obiectum patet:nō minus huiuſmodi paſſiones cū ob
iecti abſentia fierent manentibus actibus illis ſiue in ſenſu ſiue in potentia ſu-
periori.Qui igitur(vt ſupra dicebam)triſticiam ab aliquo moderari vel peni-
tus auferri deſiderat:curet harum duarum cauſarum vnam moderari vel om
nino remoueri:ſcilicet obiecti cōſideratiōem:aut euentus rei.nolitionem : ſic de
gaudio quo ad duas eius cauſas.ſunt em̄ tā in cognitiua ꝗ̄ appetitiua paſſio
nes nihilominus materie ſubiecte ſufficiet de paſſionibꝰ potētie appetitiue de
terminare que an ſint anime accidētia cōdiſtincta actibus.

Paſſio nō ab obiecto gignitur.

**Tertium notabile.** eſt quorūdam opinio negatiua.exempli
gratia:gaudium eſt ipſa volitio : triſti-
cia autem nolitio: ⁊ ita in ſenſu de delectatiōe ⁊ dolore.Eſt autem aliorum ſen-
tentia cōtraria quam ſequuntur Scotus Okam ⁊ alij:vtriuſqꝫ apparentē pro-
babilitatem iu quarto ſentētiarum ample monſtraui vtrinqꝫ rationes ſoluen-
do: verumtamē apparentiores ſunt ⁊ profecto fortiores pro ſecunda:quare eaz
ſequor ex trito et cōmuni diſtinctionis rerū iudicio:videlicet ſeparabilitatis re
vel proprietate:non eſt em̄ ꝓ hoc ſtatu potius medium concludens ipſam noli-
tionem eſſe accidens cōdiſtinctū anime ꝗ̄ ex hoc ꝙ poteſt manere anima nō exi
ſtente in ea nolitione:ſed pōt pariter manere nolitio non exiſtente triſticia:ſcili
cet vbi res nolita ſciretur non ineſſe que inerat.igitur.⁊c.tum etiaz in beato eſt
nolitio et non triſticia:pariter in damnatis volitio rei accidentis ⁊ nō gaudiū.
ſufficiant pro nunc he rationes cōtrarijs fortiores iſtis ſcilicet.

Paſſio an ſit accidēs cōdiſtictuz actui.fo.12 co.4.⁊ fol. 23,co.1.

¶Primo fruitio ⁊ delectatio ſunt eiuſdem potentie ⁊ eiuſdem obiecti.ergo ſunt
idem actus.Secūdo.immediate ſequūtur ad eundē actum cognoſcitiuum ⁊ nō
vnus mediāte alio:igitur ſunt idem actus.Tertio odium diffinitur triſticia bo
ni alieni.Quarto eundē hn̄t effectū ꝑ ſe ⁊ imediate ſcilicet ꝑficere opatione̅ .Ad
pmū rn̄det Okan delectatio vel nō hꝫ obiectū ꝓpe loquēdo:vel ſi habeat :ſic ſuū
obiectum erit dilectio vel cognitio rei dilecte/ quare ſunt diuerſoꝝ obiectorum
Contra gaudio recto non dicitur quis de cognitione vel dilectione proſperita-
tis gaudere/ſed de ipſa ꝓſperitate . dico igit̄ indeficienter eſſe eiuſdem obiecti
hec tria/cognitionem/volitionē ⁊ gaudiū.Et ad argumentum nego conſequen
tiā.noticia enim ītuitiua ⁊ abſtractiua/pariter apprehenſiua ⁊ iudicatiua. voli
tio ſimiliter ⁊ nolitio ſunt eiuſdem potentie ⁊ eiuſdem obiecti. differunt tamen
ſpecie ſcilicet penes varios modos vitaliter immutatiuos.¶Ad ſecūdum reſpō
det Okam cū Scoto:licet delectatio ſenſibilis poſſit imediate ſequi ſenſationē
ſine actu appetitus ſenſitiui:tamen delectatio voluntatis cauſatur immediate
a dilectione/ ⁊ dilectio a cognitione/ ⁊ ita ſequuntur ad diuerſos actus . Dico
hanc euaſionem nullam/nam ita delectatio ſenſus diſtinguitur ab actu proſe-
cutiuo ſicut gaudium a volitione:tum etiam obiecti conuenientis ſenſatio non
minus potens eſt in appetitu ſenſitiuo actum cauſare proſecutiuum ꝗ̄ illic de-
lectationem:concludo igitur nunquam delectationem in appetitu ſenſitiuo ſi-
ne eiuſdem appetitus actu produci.¶Reſpondeo igitur ad obiectionem negā
do aſſumptum:nam ad cognitionem ſequitur dilectio: ⁊ ad hos duos actus
ſequit̄ delectatio ¶Ad tertiū rn̄deo.frequēter paſſionis nomē accipi ꝓ actu/vt
illic triſticia ꝓ nolitione ad quā ipſa ſequit̄.¶Ad quartū dico eiuſdē actꝰ duos
gradꝰ equal̄r ꝑficere potētiā: ⁊ tn̄ vnꝰ nō eſt alter:q̄re nō militat obiectio.

Paſſio habet obiectum.

Paſſio et ipſiꝰ ſenſꝰ ꝓſupponit actum.

**Prima concluſio.** Hie paſſiones ꝯdiſtinguunt̄ actibꝰ/ actuūqꝫ
moderatiōe aut reſecatiōe moderant̄ vel re-

ſecãtur/prima pars patuit ex maiori rationum apparentia quam pro oppoſi
to.concluditur enim condiſtingui volitionem cognitioni aut ipſi anime/ꝓ hoc
quod poteſt anima aut cognitio manere non remanente volitione / ſed poteſt
pariter manere obiecti nolitio non remanente triſticia/fugere autem ad noli=
tionum diuerſitatem.quarum vna ſit triſticia ⁊ non altera/fictitium eſt.
¶Secunda concluſionis particula nota eſt ex paſſionum ab actibus dependẽ=
tia.¶Ubi corollarie ſequitur dupliciter fieri poſſe paſſionum ipſius appetitus
rationalis moderationem aut reſecationem ſecũdum ꝙ ex duobus cauſantur
actibus:vno modo ex parte cognitionis/alio modo ex parte actus appetitiui.
Exempli gratia triſticiam reſecat memorie obiecti ablatio:aut eiuſdem preno
liti in volitum permutatio.

## Secunda concluſio. huiuſmodi paſſio

nes ſunt accidentia vitaliter immutãtia que ipſum appetitum felicitant aut in
felicitãt.¶Primã partem oſtẽdo/potentia appetitiua eis tendit in obiecta / et
hoc quiſq; experitur/ videlicet aliter immutari animam cum triſticia ꝙ abſq;
ea.¶Secundam partem ꝓbo.nam vltimate bene vl' male eſt appetitui immu
tationibus eorum/delectatio quidẽ ſenſum felicitat/⁊ dolor infelicitat eũ/gau
dium voluntatem felicitat.et bene eſt nature/triſticia infelicitat eam/ et male
eſt nature ipſius/quamuis enim ex delectatione exuperante aliquando in cor=
pore detrimentum contingat:veruntamen ipſi appetitui ſenſitiuo bene eſt ſic
delectabiliter immutari:quamuis etiam poſſit aliquis dolor magnum corpori
ferre commodum:male tñ eſt appetitui ſenſitiuo ſic immutari.De gaudio ⁊ tri
ſticia idẽ dico in volũtate:vcʒ tã reſpectu boni ſimpl'r ꝙ mali ſimpl'r:vel indiffe
rentis.bene vitaliter eſt nature per gaudiũ immutationẽ:⁊ male ꝑ immutatio=
nem triſticie.⁊ q: actui cognitiuo ⁊ actui appetitiuo perficientibus naturã ad=
ueniunt paſſiones ille:hinc dixi eas conſummate felicitare atq; infelicitare ap=
petitum.¶Sint incidẽtaliter propoſitiões.prima in his eterna felicitas eterna

Felicitas ⁊ infelicitas ꝯſumman tur in paſ= ſionibus.

q; infelicitas ꝯſummaꝛ/cõſiſtit eterna felicitas i ſummi boni clara cognitiõe/in
eius fruitione ⁊ ꝯſummate in gaudio ex illis actibꝰ cõſurgẽte/eterna autẽ infeli
citas in detẽtionis pro hoc vel illo peccato cognitione:in eius nolitione/⁊ ꝯſum
mate in triſticia ex illis actibus conſurgẽte.¶Secũda ꝓpoſitio.diſtinctis meri

Felicita= tes atq; in felicitates meritiſ aut demeritis ſpẽ diſtin= ctis correſpõ= dent ſic di uerſe.

tis diſtincte felicitates/⁊ diſtinctis demeritis diſtincte infelicitates maiores vl'
minores ſcd̃m meritorũ vel immeritorũ menſuras deputãtur : meritis enim ſpe
cie differentibꝰ gaudia ſpẽ differẽtia danꝛ.⁊ demeritis ſpẽ diſtinctis pariter tri
ſticie ſpecie differentes ex nolitionibus ſpecie etiam diuerſis orte: prout ſunt no
lo pro iſto peccato detineri nolo pro illo ⁊c.¶Tertia propoſitio:duplex eſt beati
tudo eſſentialis videlʒ ⁊ accidentalis:ꝑma ſummũ bonũ hʒ ꝓ obiecto/ſcd̃a aũt
eſt gaudiũ ipſi beato ex alio obiecto cõſurgens.prout gaudiũ de viatoꝝ emẽda=
tione aut aliũde.iſta augeꝛ/minuiꝛ.interrumpiꝛ:non autem ꝑma: ab iſta libere
deſiſtere poteſt beatus:nõ aũt a prima.¶Duplex ẽ pariꝛ infelicitas ſeu pena.ſ.
eſſentialis ⁊ accidentalis:illa eſt pena ipſi demerito i punitionẽ determinata.al
tera aũt eſt pena aliũde accidẽtal'r conſurgẽs ꝓut demonis triſticia de nõ poſſe
iſtũ vel illũ ad peccatũ ꝑducere/iſta augeꝛ minuiꝛ vel interrũpiꝛ: nõ aũt prima:

Pena dã= ni:pena ſẽ ſus.

ab iſta ꝗs dãnatorũ deſiſtere põt:nõ aũt ab illa.¶Rurſuʒ duplex eſt dãnati pe=
na.ſ.dãni/⁊ ſenſus pena dãni eſt priuatio beatitudinis ꝓ tũc debite. Pena aũt
ſenſꝰ ẽ actꝰ vel paſſio(vt dictũ ẽ)afflictiua/hec pctõ actuali rñdet.illa ꝟo origina
li.Nõ affliguntꝛ em̃ paruuli cũ ſolo origiali mortui.ſʒ cõmodo btitudinis carẽt.

## Primum dubium.

An beatificetur quis extra celum/⁊ per cõ
trarium extra infernum infeliciteꝛ.

Angelus hõis cu= ſtos non

¶Reſpondendum eſt beatum vbicunque fuerit equal'r beatificari/⁊ dãnatũ eq̃
cruciari/angelꝰ nr̃ cuſtos cõtinue ſummũ bonum intuetur/celeſtẽ videt curiam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec ex noſtro peccato triſtatur. demō pariter in hominis habitaculo tentās nō gaudet ex peccatoris lapſu: nec vllum per hoc datur ei refrigerium: ſed poti⁹ afflictionis accidentalis augmentū/ dicūt aliqui/ demones quocunqꝫ ierint ignē ferre diuina virtute: qui a nobis non videt̃ deo actionem impediente. non igit̃ pro eorum commodo: ſed inuidia deprauatoqꝫ affectu tentant.

Ex eius lapſu triſtat̃ nec ex eo demō gaudet.

¶ Subdubitatur: an felices illi ſpiritus angelici vel humani mereantur: et demereantur infelices. ¶ Reſpondendum. non ſunt enim extra merendi ⁊ demerendi ſtatum. vnde hominum ſtatus merendi ⁊ demerendi eſt citra mortē. Angelorum autem fuit temporis morula quedam qua in gratia ſine clara viſione dei cum ſufficienti agendorum cognitione creati/ in eaqꝫ ſuo libero arbitrio relicti potentes erant mereri ⁊ demereri/ ea autem elapſa merendi ⁊ demerendi ſtatus euacuatus eſt. fuerunt igitur per illam morulam viatores: prout homines vita comite. ¶ Viator enim eſt rationalis creatura que ſecundum diuinas leges ordinatas eſt in ſtatu merendi ⁊ demerendi: quare chriſtus quamuis mereri poterat ſaltem nobis/ non tamē fuit viator: quia demereri non poterat ſecūdū leges dei ordinatas. Chriſti autem mater quamuis diuinitus confirmata fuerit in gratia: pariter apoſtoli/ veruntamē poſt eorum confirmationē fuerunt viatores/ nam communibus legibus ordinatis non repugnabat eos mereri atqꝫ demereri.

Viator q̃d ſit qualit̃ ve angeli viatores fuerint.

**Secundum dubium.** de modo quo in igne cruciātur ſpiritus. ¶ Reſpondeo fuit multiplex opinio. vna thome qđ ex apprehenſiōe diſconuenientie ignis nā ex ea cauſatur nolitio/ ⁊ ex nolitiōe/ triſticia afflictiua. Contra: non eſt ex natura rei ſpiritui diſcōuenitens. eſt igitur prius natura eum eſſe nolitū q̃ eſſe diſconuenientem.

Angeli atqꝫ aīe qualit̃ in igne crucient̃.

¶ Secūda opinio eſt Henrici de gandauo imaginātis demonem ſoluz in igne actione ignis cruciari deo infundente ſpiritui habituz quo ipſe redditur actionis: atqꝫ paſſionis ipſius ignis ſuſceptiuus. ¶ Tertia poteſt addi opinio/ id ſcilicet fieri per virtutē aliquā ſupernaturalem igni ſuperadditam que ſit diuine iuſticie inſtrumentum. Contra has duas imaginationes. nam calor eſt accidens extenſum/ ſpiritus autem ſubiectum inextenſum. igit̃ non eſt illius effectus capax. Preterea ipſa ſola ignis apprehenſio nō eſt nature ſpiritus diſconueniēs: ſed potius perficiēs. ¶ Eſſet enim ad has obiectiōes reſpōdendū actionē ignis ſic ſupernaturali virtute agentis imprimi ſpiritui non calorem aut aliam corpoream qualitatem. ſed ſpiritualem quandā qualitatē ſuo modo ſpiritui ſpiritualiter nociuā atqꝫ ledentem vt ſenſibile ſenſui ſcilicet obiectiue immutantem ſpiritum ex cuius cognitione cauſaretur naturalis fuga: ⁊ ex cognitione ⁊ fuga paſſio quedam dolori ſimilis affligens ſpiritum.

¶ Quarta fuit opinio ad ſaluādum modum cruciatus demonum aſſerens eis data corpora in quibus actiōe ignis affligantur: prout anime corporib⁹ coniuncte. Reprobat̃ per pariſienſes articulos hec aſſertio: tum etiam nequeūt corporibus vniri informatiue. quod tamen neceſſarium eſſet. quinimmo ipſa anima corpori intime preſente non ipſum informāte nō fieret per quācunqꝫ corporis leſionem dolor. Nequit demon in corpore aſſumpto operationes vegetatiuas vł ſenſitiuas exercere/ localiter autem motiuas ſic: prout ambulare/ loqui/ comedere: bibere: non autem nutriri: digerere/ ſentire/ dolere.

¶ Quinta opinio dicit abſqꝫ corporibus ſubſtantias ſpirituales pena ſpirituali puniri atqꝫ cruciari ſcilicet triſticia cauſata ex nolitione detentionis in igne pro tali vel tali pctō: pter quam quidē penam reaſſumptis corporibus cruciabuntur anime ſenſitiuo dolore actione ignis illa non conſumētis corpora/ deo ipſa conſeruante. Ex quo dolore nolito ſurget in voluntate triſticia noua: quare aliquo genere pene cruciabuntur tunc anime quo non demones has opi-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niones in quarto amplius examinaui quarum vltima communius a doctis tenetur.

Paſſiones vndeciʒ ipſiꝰ potētie appetitiue

Numerari ſolent vndecim ipſiꝰ appetitiue potentie paſſiones: ſcilicet amoꝛ et odium: deſiderium et fuga: gaudium ⁊ triſticia. ſpes ⁊ deſperatio: timoꝛ ⁊ audacia: et ira cui nulla aſſignat᷑ opponi paſſio. Et quamuis nō careat equiuocatione vocabulum: cum quandoqꝫ pꝛo actibus: quandoqꝫ pꝛo accidentibus ipſos actus concomitantibus capiatur: verumtamen hic ſecunda vſurus ſum acceptione. ¶ Cauſantur enim paſſiones huiuſmodi ex duobus actuum generibus ſcilicet intellectus ⁊ voluntatis. ¶ Sex quidem pꝛime ad potentiam concupiſcibilem. Alie vero ad iraſcibilē pertinere dicuntur: eadem nihilominus potentia ſcilicet voluntas et concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis nuncupatur: concupiſcibilis reſpectu obiecti ſimpliciter oſtenſi boni vł mali id eſt oſtenſi ſine rei arduitate. Appellatur autem iraſcibilis reſpectu obiecti oſtenſi boni vel mali cum arduitate ⁊ difficultate adipiſcendi vel repellendi. dicitur igitur iraſcibilis pꝛo q̄to obiectum pꝛopter arduitatem ⁊ difficultatem eleuatum eſt ſuper facilem voluntatis poteſtatem. Dogmatiſari ſolet amoꝛem eſſe boni abſolute: deſiderium boni vt abſentis: gaudium boni vt adepti: pariter odium mali abſolute: fuga mali vt abſentis licet imminentis: triſticia mali p̄ntis ſiue inexiſtētis: ſic igit᷑ ſunt tres reſpectu boni: ⁊ tres reſpectu mali. Quo autē ad iraſcibilē q̄ ſibi arduū appꝛopꝛiat dꝛ ſpes eſſe boni futuri cū cōfidentia adipiſcēdi: deſperatio boni futuri cum diffidentia: audacia mali futuri cum confidentia repellendi et oppugnandi: timoꝛ autem atqꝫ metus eſt mali futuri cum diffidentia repellendi. Ira autem eſt pꝛeterite offenſe triſticia cum appetitu vindicte. his hec duo adiungo: pꝛimum he paſſiones ſecundū ſuos vitaliter immutandi modos modis varijs coꝛpus realiter tranſmutant. Secundum: ad eas pꝛonificāt coꝛpoꝝ diſpoſitiones: ſecundum quas plurimum animabus inſitum eſt ſequi coꝛpoꝛa.

Paſſio voluntatis ex duobus actibus pꝛoducit᷑. fol. 13. co. 4. et fo. 14. co. 1. ⁊ 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Primum notabile. Non** tenue opus ē perſcrutari a qbꝰ actibus ꝑnumerate cauſentur paſſiones/que autem ſentio dicam. ¶Imprimis de ipſa concupiſcibili quo ad primam contrarietatū combinationem: volitio boni in ſe ⁊ cognitio naturaliter paſſionē quandam producunt/que dicitur amor/aut magis proprie libido aut placentia vt nomen amoris actui deputetur. nolitio autē mali in ſe et cognitio paſſionem illam efficiunt que appellatur odium: aut magis proprie abhominatio ſeu horror. vt nomen odij pariter actui contrahatur/et dixi vtrobiqꝫ in ſe id eſt nominininibus rem adeſſe vel abeſſe non connotantibus/ſed duntaxat obiecti bonitatem vel maliciam voluntati oſtenſam. ¶Quo ad ſecundā cōbinationem dico/volitio qua voluntas vult bonum infore et cognitio ꝙ inerit paſſiōem cauſant naturaliter que a pleriſqꝫ dicitur deſiderium/aut rectius cupido vel concupiſcētia. vt deſiderij vocabulum actui aptetur/nolitio vero qua vult malum infore: ⁊ cognitio quod qua eſt nolitum malum: inerit paſſionē cauſant naturaliter nomine fugam ſie ureſilitionem.

¶Quo ad tertiam combinationem. volitio qua vult bonum ineſſe/et cognitio inexiſtentie gaudium efficiunt ſeu letitiam/nolitio mali inexiſtentis et cognitio inexiſtentie triſtitiam cauſant ſeu anguſtiam.

¶De iraſcibili vero dici ſolet nō eſſe paſſionem eius reſpectu preſentis inexiſtentis/ ⁊ huius ratio eſt. nam quod ineſt nō habet ardui rationem ad precauēdum vel ad adipiſcendum: reſpectu autē preteriti eſt ira: ⁊ reſpectu futuri ſunt relique. ¶Quo igitur ad primam combinationem dicendum. volitio boni ardui atqꝫ difficilis abſentis ⁊ adipiſcendi/ſi fuerit cum adeptionis confidentia paſſionem cauſat: que accommodato nomine dicitur ſpes: ſi autem cum diffidētia gignit paſſionem que appellatur deſperatio.

¶Quo ad ſecundam combinationem nolitio mali ardui atqꝫ difficilis noliti in fore: aut eſt cum cōfidentia repellendi/ſic cauſat audaciam paſſionem: aut cum diffidentia: ſic timorē ſeu metum producit. ſunt igitur ſpes et deſperatio reſpectu boni. audacia vero ⁊ timor reſpectu mali. ¶Quo ad tertiam ſpeciem: ira eſt paſſio mixta ex triſticia preterite offenſe ⁊ deſiderio vindicte. Sꝫ an ipſa ſit paſſiones ille due: an vna eis condiſtincta/vtrumqꝫ dici poteſt/prout enim idē volūtatis actus eſt volitio ⁊ nolitio: ſic ab illo actu tertio cauſari poteſt paſſio vna ſimul appellanda gaudium ⁊ triſticia/aut ſpes ⁊ deſperatio. et ita de alijs contrarietatum combinationibus reſpectu diuerſorum obiectorum. Nec hoc impedit quin pariter due ille paſſiones ſcilicet triſticia preterite offenſe ⁊ deſiderium vindicte valeant ſimul ira nūcupari/quinimmo ⁊ ipſa triſticia deſiderio ei aſſiſtente vocari poteſt ira/nomina ad placitum ſignificant nec deeſt vſus.

Ire ꝫ nomē accipi pōt ꝓ vna ſimplici paſſione aut pro aggregato ex duabus

¶An enim vniuerſaliter ad ſingulas prenumeratas paſſiones requirātur dicte combinationes boni ⁊ mali ſub his cōnotationibus oſtendo ſuperius ꝙ nō. dico enim obiecti nude oſtenſi hoc eſt ſine boni aut mali connotatione quod ſit volitum ⁊ cognitum ineſſe producitur gaudium. cum nolitione autem triſticiā adiungo pariter gaudij ⁊ triſticie nomen ſepe extendi/tam reſpectu futuri aut preteriti quā preſentis/de his amplior libro de libero arbitrio fiet examinatio.

**Secundum notabile. ex actibus** ſupra aſſignatis cauſantur huiuſmodi paſſiōes: nihilominus ex corporum varietate contrahunt anime ad paſſiōes ipſas nō modicā pronitatum varietatem. primo quidem ex appetitu ſenſitiuo/⁊ conſequēter ex parte liberi arbitrij colligati/atqꝫ immerſi ſenſui cui natū eſt cōdelectari atqꝫ cōtriſtari. ¶Ubi hoc habeas documentum: ſenſatio ipſam organi diſpoſitionem obſeruat in proſecutiōis aut fuge productione: ſicqꝫ eiuſdē obiecti ſenſatio facit in vno actū refugitiuū/⁊ altero ꝓſecutiuū propter

obiecti ad corpus ſic diſpoſitu3 cōueniētiam vel diſcōueniētiam ſimilitudinem vel diſſimilitudinem. veritatē huius oſtēdit lupi apprehēſio in oue aut lupo / quo fit (teſte Ariſtotele) aie inſequuntur corpora: neceſſario quidē quo ad appetitū ſenſitiuū. ⁊ inclinatiue quo ad liberū arbitrium: id eni3 vt amplius noſcas placuit hec ex philoſophie theſauris annectere ſcilicet.

Aie inſequunt corpora neceſſario qdez q ad appetitum ſenſitiuum et inclinatiue quo ad volūtatē.

¶ Corpori ſanguineo anima immerſa eſt naturalr̄ leta: amatiua: pia: benigna: ad riſum facilis: liberalis: potuum ⁊ ciborum delicatorū cupida: ⁊ ad res venereas prona. ¶ In corpe aūt colerico ipſa eſt naturaliter in agēdis impetuoſa: vigil: audax: animo elata: in arduorum honoꝝ ⁊ adminiſtrationum appetitu: prona ad iram: facileqꝫ placabilis: ⁊ prodiga. ¶ In corpore flegmatico pigra atqꝫ ſomnolēta. paruiloqua: arduoꝝ honoꝝ atqꝫ adminiſtrationū contemptiua: ad iram tarda: pauco cibo atqꝫ potu contenta: ad venerem rara. ¶ In corpore aūt melācolico timida: triſtis ſuſpicioſa: tacite cogitabunda (ſolitaria: auara: in opinione pertinax: ad irā tarda. ⁊ implacabilis cū irata fuerit. has ⁊ alias quā plures pronitates cōtrahunt a corporibus anime. Et qm̄ varijs alimētis variātur corpora in qualitatibus: ſpiritibus ⁊ humoribus q̄ ſunt quedā paſſionū ſeminaria atqꝫ alimenta: hinc ex eis moru3 pronitates diuerſificari oportet. Nulli enim dubium ad timiditatem vel audaciā: ſpem vel deſperationem. gaudiū vel triſticiam. ad iram atqꝫ furorē: ⁊ alias paſſiones pronificare certa ciborum genera. que aute3 ſint illa ad quaſve paſſiōes nō eſt p̄ſentis ſpeculatiōis aperire. idem de loci habitabilis conditione / idem de anni temporib⁹ hyeme: eſtate ⁊c. ¶ Cum pariter corporibus dominentur aſtra: nec parum ab eis ta3 in manifeſtis quā occultis proprietatibus diſcriminent. hinc ex ipſis ꝯtrahi poſſunt ad varios mores. actus ⁊ paſſiones: incitamenta fomentaqꝫ varia.

¶ Tradiderunt aſtrorum obſeruatores ſaturno dominante geniture animam corpori ſic qualificato coniunctam: pigram: triſtem: ſolitariā timidam: auara3: ſuſpicioſam: diu tenentem irā pertinacem. ¶ Ioue dominātē geniture anima3 in corpore ſic qualificato letam / honeſtam humilem / liberalem: arduorum atqꝫ conuerſationis maiorum appetentem.

¶ Marte ſic dn̄ante eā eē furioſa3: audacē: appetitiuā dn̄andi: vigilē / mobile3.

¶ Sole aūt / eā fidelē / alti cordis / honeſtā / piā: religiōi deditā. ¶ Uenere autē eā eſſe fidelem: letam: benignam gratam / amatiuā: piā luxurioſa3 / muſice amatricē. ¶ Mercurio aūt. eā eſſe ingenioſam: quarūcūqꝫ artiū ⁊ ſcientiarū cupidā: modeſtā facundam ſermone. religioni deditam iuſtam atqꝫ alijs fidelem.

¶ Luna aūt ſic predominante geniture aiam corpus ſic qualificatum inhabitātem atqꝫ informantem eſſe grauem: ſtabilem honeſtam parentibus affectam et potui tardam. ¶ Hec em̄ ab authoribus vicia naturalia: aut virtutes nuncupātur: non qꝫ in eis ſit plena viciȷ aut virtutis ratio: ſed ad huiuſmodi ꝓnificatio atqꝫ ſeminarium quoddā / aiam ad certos mores ꝯtinue ſollicitans / cui ſapiēs dominatur. ſtulti autem indulgent. quorum infinitus eſt numerus.

## Tertiū notabile.

Paſſiões cur cordis cur mētis dicantur.

dicunt paſſiōes mētis: dicunt ⁊ cordis: ſ3 vſi hoc dico: anime paſſiōes iuxta ſuos vitaliter immutādi modos corpus realiter imutāt appellātur enim mētis paſſiōes: paſſiōeſqꝫ animi ꝓpt vitalē aie imutationē: paſſiōes v̄o cordis ꝓpter reale3 corpis trāſmutationē: q2. ſ. cor principalr̄ patit cui ſeruiūt ſpūs ⁊ ſanguis: q̄ etiam illis paſſiōibus diuerſimode mouent. ¶ In gaudio paulati cor v̄ſus pect⁹ dilatat: i triſticia mouet paulati v̄ſus dorſum. In ira v̄o ſubito v̄ſus pect⁹. in timore ſubito v̄ſus dorſu3: in verecūdia ſubito ad vtrūqꝫ / i āguſtia aūt paulatim. ¶ Gaudium itaqꝫ dilatat cor. ⁊ triſticia cōſtringit. in gaudio fit a corde ſpūum effuſio p corp⁹: in triſticia aūt retētio. Et inde i gaudio caleſiūt exteriora mēbra. ⁊ frigeſcit cor depauperatū ſpū. In triſticia autē caleſit cor in fieri frigeſcētib⁹ exterioribus. finali aūt effectu frigeſcūt oīa nimia conſtrictione tādē ſuffocato calore.

Paſſiões corpa traſmutant.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Primum dubium.** Qualiter differunt refrenare paſſiones/ꝛ eas moderare. ¶Reſpondeo: refrenare eſt cohibere ne ſuo impetu paſſiones contra rectam rationem inſurgant. Moderare vero eſt vti ipſis cōformiter ad rectam rōnem vbi oportet/quādo oportet/ ſecūdum qualitatem materie/quādoqꝫ excitando eas quandoqꝫ reprimendo: licitum enim eſſet exigēte materia paſſionem furoris excitare. prout duci belli/ aut pariter paſſionem veneris procreaturo ꝓlem/ alias frigido. ꝛ ita de reliqs: quamuis enim de his que inſunt a natura nō laudemur neqꝫ vituperemur/per eorum tamē vſum liberum/vel libere permiſſum ſic.

Paſſionū refrenatio ꝛ moderatio differunt.

**Secundum dubium.** Qualiter aſtris dominetur prudēs ꝛ ſapiens complexioni. ¶Reſpōdeo: primo ꝛ potiſſime quo ad proprios liberi arbitrij actus: quātacūqꝫ ſit inclinatio dominatur prudēs. ¶Scdo/partim quo ad inclinationum diminutionem videlicet per cauſarum cōtrariarū applicationē corpus ad cōtraria diſpoſitiones alterātium/quinimo pōt ipſa natiua cōplexio ꝑmutari. ¶Tertio q̄ ad aīe accn̄tia inclinationes ꝯtrias facientia: prout ſunt habitus ꝑ vſuꝫ ꝛ exercitiū virtutū acqſiti. ¶Quarto quo ad fugam occaſionum hunc corporis fomitem excitātium.

Prudēs q̄liter aſtris dn̄etur atqꝫ complexioni.

¶De habitibus. Capitulum quintum.



Habitus eſt qualitas q̄dam in potentia opatiua ex actu vel actibus naturaliter genita remanens in ea trāſeūtibus actibus: inclinans habentem immediate ad conſimiles actus. ¶Volens igitur non generari in eo habitum non exerceat actus: aliter ex actibus velit nolit ꝓducetur habitus ad actus inclinatiuus.

Habitꝰ qd.

**Primū notabile.** q̄rūdā opīo nōꝯdiſtīgui potētie ipꝫ hitū vꝫ habitū eē potētiā trāſeūtibus actibus diſpoſitiorē ꝓniorē ve ad ſiles. Alijs ꝯtrariū aſſerentibꝰ. ſ. eē accidēs ipſi potētie ſupadditū. hic ꝓptū ē nihil nō accn̄tis ſuſceptiuū eē hituabile. cū igit deꝰ ſit ēs ſimplr ſimplex: nō ē hitꝰ hituabil.

Habitū nō lēs generari nō exerceat actꝰ.

**Secundum notabile.** Uarie ſunt habitꝰ acceptiōes: qbus poſtergatis ꝓut ſubiecte materie q̄drat/vtar vocabulo ſupra diffinito: vbi enumerate ſunt ipſiꝰ habitus ꝓprietates ſequentibus concluſionibus amplius explanāde.

Habitus nō accidēs ipſi potētie cōdiſtictum.

**Prima cōcluſio.** Habitꝰ eſt q̄litas ipſi potētie opatiue ꝯdiſticta: ꝛ huiꝰ motiuū ē experimētale rōne firmatū. ſ. qm̄ trāſeūtibus actibꝰ reperit potētia opatiua magis q̄ priꝰ iclinata/magiſqꝫ ꝓna ad ꝯſiles actꝰ/ēt omni alio circūſcripto: ꝛ nulla foret huiꝰ rō niſi trāſeūtibꝰ actibꝰ fuiſſet aliqd i ipa potētia opatiua ðrelictū poſtea ipaꝫ iclinās ad ꝯſiles actꝰ: igit ē ꝯcludēdū aliqd ðreliq: ꝛ illō qdē ē q̄litas ei iherēs/peculiari noie habitus.

**Secūda cōcluſio.** naturalr gn̄at: ōndo poſito aliq̄ actu ēt ivoluntate nō ē i libera eiꝰ ꝑtāte ipedire habitꝰ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝓductionez ex tali actu.igiꞇ ipſa non libere cõcurrit effectiue ad eiꝰ ꝓductio-nem:ſi ergo comproducat id facit vt natura. ¶Dico tamen voluntatis habi-tuz non poſtea actum producere niſi libere coagente ei voluntate: patet igitur quod actus neceſſitat voluntatem ad habitum:habitus autẽ non eam ad actuz neceſſitat.

ADDI-TIO. An ex vno actu valde intẽſio ceu etiã remiſſo poſſit generari habitus.

# Tertia poteſt ex vno actu ſaltem valde in

tenſo generari habitus:quinimmo etiam dico ex vno actu remiſſo: probo/ſub-multiplex potentia poteſt in ſubmultiplicẽ effectum.igitur ex actu remiſſo habi-tus producetur remiſſus ſecundum actus remiſſionẽ:vbi aduerte/ex eius remiſ-ſione multi enim nõ habitum ſed diſpoſitionem vocant propterea quoniaz non eſt de difficili mobilis a ſubiecto/nihilominus quãuis nomina ad placitum ſi-gnificent/dico ipſuz mereri nomẽ habitus:nam eſt eiuſdem ſpeciei cuz eo/quin immo fiet habitus intenſioris pars/non igitur requiritur illa tanta mobilitatis a ſubiecto difficultas:ſufficit permanẽtia tranſeũte actu.

Habitꝰ quõ modo creſcat atq₃ intendatur.

# Quarta concluſio.

Hoc modo ex actibus generatur habitus/videlz ex vno actu vnꝰ habitꝰ/deinde ex ſe-cundo actu alius intendens primum:⁊ ex tertio actu ⁊ ſequentibus cõſimiliter/illi igitur habitus partiales ſeſe intendunt ⁊ actꝰ vnũ totalẽ habitũ conſtituũt/habitus enim qualitas eſt gradualiter infinite diuiſibilis/infinitas ſcz cõtinẽs partes proportionales quarum quelibet eſt habitus.

Habitꝰ eſt q̃litas permanẽs a-ctu trãſeũ-te.

# Quinta concluſio.

Habitus eſt qualitas remanens in potẽn-tia operatiua tranſeuntibus actibus/ vbi duo tangũtur. ¶Primo potentie identitas. in eadem enim potentia eſt habitꝰ in qua ſuus actus. Exempli gratia/ex actibus voluntatis generatur habitus in voluntate.ex actibus intellectus in ipſo intellectu:nec ex vnius potentie actibus generatur habitus in alia potentia/nequeũt actus appetitus ſenſitiui:aut ipiꝰ intellectus generare voluntatis habituz aut contra. ¶Secundo tangitur ipſiꝰ habitus permanentia tranſeuntibus actibus. ¶Hinc conclude eſſe qualitatem a ſuo actu ſpecie diſtinctam. ¶Quod ſi obijcias: actus frequentatus intendit habitum.igitur eſt qualitas eiuſdem ſpeciei cum ipſo. ¶Reſpondeo. antecedẽs eſt in rigore falſum intellectum de formali intenſione/ intellectum autez accipi debet intendit effectiua idẽ actus frequentatus nouum generat habitum ex q̃ cum habitu precedente fit vnus habitus intenſior.

Habitꝰ officiũ eſt inclinare ad actum.

# Sexta.ipſius

Habitus officium eſt inclinare/inclinare autem ad actum eſt partialiter producere actum/ſic non incli-nat niſi quandiu actum producit. ¶Poſſet nihilominus ſubtiliſando imagina-ri inclinationem eſſe quendam niſum atq₃ conatum ad actum quem etiam ha-bitus faciat circunſcripta ipſius actus productione/ ⁊ huic ſuffragari videtur experientia:nam poſt penitentiam reconciliati percipiunt ſe ad vicia inclina-tos/nec tamen inclinationibus conſentiunt/videntur igitur eſſe inclinationes ſine actuum productione.

ADDI. Incliatio quid ſit. An ſine actuũ ꝓductiõe ſint inclinationes.

# Septima habitus

Inclinat immediate dumtaxat ad actus ſimiles/id experiẽtia docet. ¶Quare vniꝰ potentie habitus non comproducit alterius actum/prout habitus cognitiuus nõ efficit appetitiuos actꝰ:nec habitꝰ appetitiuꝰ actꝰ cognitiuos agens ꝑ modũ habitꝰ. Nec eiuſdez potentie habitus actũ ſpecie differentẽ ab illo a quo genitꝰ eſt. Exempli gratia:habitꝰ vnius articuli dũtaxat ad illius aſſenſum/habitus di-lectionis dei non niſi ⁊ ad dei amorẽ immediate inclinat.

Inclinare mediate.

# Octaua concluſio.

Habitus ad proprios actus immediate ⁊ ad quoſdam alios mediate inclinat. Incli-nare immediate ad actum eſt efficientiam ipſius actus attingere ſine actu me-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dio quem producat:mediate autem inclinare ad actum eſt mediante actu proprio coefficiente alterum actum inclinare ad eum. ¶Ex quo ſumeretur regula: ipſe habitus ad omnem actum producibilem a ſuo proprio actu mediate inclinat/prout habitus premiſſarum mediate ad concluſionis aſſenſu3.ideſt mediāte ſuo actu producente aſſenſu concluſionis habitus pariter amoris finis inclinat mediate ideſt mediante ſuo actu ad actus mediorum: hinc ſumpta eſt hec communis doctrina:omnis habitus inclinat mediate tollere impeditiuum ſui proprij actus ⁊ ponere conductiuum. ¶An autem vere efficienter habitus attingat actum ad que3 dicitur mediate inclinare:probabile eſt quod non:non eñi pater efficienter productionem prolis filij ſui attingit: cuius tamen dicit̃ cauſa mediate/eſſe itaq3 cauſam mediata3 eſt eſſe cauſam cauſe.

**Nona concluſio.** In ſola potentia p actuum frequentationem iclinabili ponēdus eſt habit⁹:nec niſi reſpectu actuum ad quos ipſa ſic eſt inclinabilis/oſtendo:nam ex huiuſmodi inclinatione deprehenſus eſt habitus:vt lucide ex motiuo patuit:quo ſupra probatum eſt habitum eſſe qualitatem ipſi potentie condiſtinctam. ¶Sequuntur corollaria. Primum. Non eſt in potentia mere naturali habitus:ſcilicet in agente ſine cognitione:prout in lapide vel igne:non enim lapis poſt frequentem aſcenſum vel deſcenſum:nec ignis poſt frequētem calefactionem reperit̃ inclinatio: ⁊ ita de alijs. Idē de vegetatiua potētia dico/fateo2 in talibus potētijs naturalibus poſſe exercitio quādoq3 aliq̃ auferri impedientia actum vel induci coadiuuamina:non tamen per modum habitus agentia:prout ample libro.ij. de cauſis proprietatis.xv.oſtendi. ¶Secundum corollarium: non eſt habitus in organica potentia motiua vt eſt talis:patet:non reperitur poſt motuum frequentiam inclinatio2/atq3 per modum habituationis pronio2:tum etiam tales motus eius non ſunt qualitates ei condiſtincte:igitur non ſunt habituum generatiui. Preterea actus maio2 habitum generat intenſiorem: atq3 magis diſponentem ad actum ſimilem: ſed contingit actum motiuum ſeu motionem maiorem magis potentiam motiuam indiſponere quam diſponere:igitur non gignit habitu3. Preterea habitus ille in membro eſſet qualitas motiua membri.⁊ per conſequēs non poſito impedimento ipſa continue membrum moueret: concludo igitur ex operationibus imperatis potētie motiue nullum generari habitum: ſecus ex actibus imperantibus in voluntate:aut etiam in appetitu ſenſitiuo.

Habit⁹ in ſola potentia p actuū frequentationem ponēdus.

Habit⁹ in q̄bus potētijs ſunt reperibiles ⁊ i quib⁹ nō. ADDI. Habit⁹ an ſit in organica potētia.

¶Tertiu3 corollarium:in potentia ſenſitiua exteriori ſiue cognitiua ſiue appetitiua non generatur habitus: patet precedenti motiuo. Tum etiam quo ad cognitiuam exteriorem:in ea ſunt dumtaxat noticie intuitiue. ille autem nullum generant habitum/alias produceretur ibi actus intuitiuus abſente obiecto.⁊ eadem eſt de appetitiua exteriori ratio. ¶Quartum corollarium: in ſenſu interiori tam cognitiuo quam appetitiuo eſt habitus quo ad aliquos actus/⁊ quo ad aliquos non:nō eſt quidem habitus quo ad actus intuitiuos.vt ſupra de exteriori oſtendi:quo autem ad abſtractiuos iudicatiuos ⁊ appetitiuos ſic patet: quedam bruta videmus diſcipline ⁊ eruditionis capacia.⁊ per actuum frequentationem acquirere quorundam operum conſuetudinalem quandam peritiam ſub arte vel induſtria cadentium.hec enim conſuetudinalis peritia habitus eſt cognitiuus/directiuus eorum in illis artificialibus:⁊ eadem eſt de appetitu ſenſitiuo interiore ratio. Ubi aduerte differre in ſenſu ſpecialem ⁊ habitum cognitiuū:nam ſpecies eſt obiectorum incomplexe ſenſatorum/habitus autem cognitiuus complexorum:ſpecies pariter ab obiecto ſenſato cauſatur/habitus aute3 cognitiuus a iudicijs:non igitur ſolū in intellectu aut voluntate reperitur habitus. ¶Quintū corollariū:quorūdā actuū ſunt habitus in intellectu:⁊ q̃rūdā nō p3/noticia2 intuitiua2 nō ſunt habitus:omnis eni3 intuitio ab obiecto ⁊ potētia paritur:abſtractiue pariter apprehenſiue ponuntur a ſpeciebus cauſari iu-

Habitus ⁊ ſpecies differunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicatiuarum autem ſunt habitus:nam per actuum frequētationem fit ad actꝰ ſimiles pronificatio atq; inclinatio. vt patet de cōſuetis credere aliquid a quibus vix per motiua fortia auferri poteſt credulitatis inclinatio.

❡ Sextum corollarium:in voluntate ſunt habitus/patet ex inclinatione atq; ꝓnificatione per actuum exercitium maior quam ante ipſum.

ADDI. *Habitꝰ q̄rūdam actuū ſunt ī intellectu ⁊ quorūdā non. Habitū in intellectu negāt aliq̄ reſpetu principiorū ⁊ volūtate reſpectu actuū ad quos ē dterminata.

## Primum dubium.

An reſpectu quorumcunq; actuum voluntatis ſit habitus ❡ Eſt vna opinio quod non. dicens in ſola potētia eſſe ponendum habitum qui eſt ad vtrūque contrariorum indeterminata:⁊ nō in illa que neceſſario coagit poſitis omnibus requiſitis:nam in ea nō eſt opus inclinante. Cōcludunt ſic opinantes in intellectu reſpectu principiorū nō eſſe habitum/cum neceſſario coagat intellectus poſitis eorū noticijs apprehēſiuis:pariter nec in volūtate reſpectu felicitatis cum nullus poſſit nolle felicitatem:aut ſummam velle miſeriam. ❡ Videt̄ atq; dicere beatꝰ thomas nō eſſe reſpectum dilectionis dei habitu acquiſitum cum voluntas ſit ad dilectionem ita determinata cum nequeat in oppoſitum. ❡ Contra aſſenſus premiſſarum cum aſſenſu bonitatis cōſequentie neceſſitāt itellectuꝫ aſſentire cōcluſioni:prout apphēſiones principiorū ad eis aſſentiēdum:pariter ſm probabilem opinionem efficax volitio finis cū iudicio neceſſitat ad finis volitionem:nihilominus tam ex aſſenſu illius cōcluſionis q̄ ex volitione medij cauſantur habitus:igitur hec neceſſitatio ꝓductionis actus nō eſt ratio ſufficiēs negare habitus productionem. ❡ Tum etiam eorum motiuū eſt inualidum:videlicet ex q̄ potētia iam naturaliter poſitis cauſis inclinatur:igit̄ non indiget habitu inclināte. Contra:quod inclinat̄ poteſt magis inclinari:alias poſt habitꝰ primi ꝓductionem nūq; in illa potētia produceretur ſimilis habitus:cū iaꝫ potētia per habitū illū inclinet̄:poteſt enim fortius inclinari ſic ad ꝓpoſitū itellectus cū apprehenſionibꝰ terminorū naturalr̄ inclinatus pricipijs aſſentiri pōt fortius inclinari.ſ.habitu illis apprehēſionibus coagēte:pariter volūtas cum oſtenſione ſummi boni inclinata pōt plus inclinari:ſcꝫ coagēte habitu:⁊ ita in reliquis.

## Secundum dubium.

Pro quo obijcit̄ potētiam operatiuā naturalē eſſe habituabilē. ❡ Nā tria ſunt dumtaxat principia ad naturalia opera videlicet complexio/compoſitio ⁊ vnitas:ſed ſine alicuius horum permutatione poteſt potentia naturalis per operum frequentationeꝫ/aut melius aut deterius in ſimilia opera: ergo per habitum:conſequentia patꝫ cum maiore:⁊ minorem probat experientia in hominibus ſimilis complexionis quorum vnus eſt comeſtioni aut potui : aut quarūdam rerum/digeſtioni aſſuefactus. Alter ſomno diurno : alter aeri atq; calori vt viticole/fornaciarū fabri/vitriarij/curſores:talibus enim aſſueti multo melius non aſſuetis ſe habent.

❡ Reſpondeo:prout libro ſecundo de cauſis proprietate.xv. negando minorem: in prenumeratis enim experientijs non fiunt illa ſine principiorum naturaliuꝫ permutatione. ❡ Primo :quidem per certi cibi vel potus aſſuefactionem acquiritur membris complexio cibo vel potui proportionalis. ❡ Secūdo : pariter ex ſomno acquiritur corporalis diſpoſitio dormitionem requirens:qua omiſſa leditur natura. ❡ Tertio/in fornaciarijs ⁊ huiuſmodi iuxta fornacem aſſiſtentium conſumitur ex frequentia humidum roridum aptum per ignem bulire quo conſumpto minus leduntur. ❡ Acquiritur etiam corporalibus calori vel frigori expoſitis quedam denſitas per quam aſſueti facilius illa tolerant:nam durum difficulter a cauſa extrinſeca patitur. ❡ In reliquis pariter laboribus partes exercitate fiunt ſolidiores:⁊ a ſuperfluitatibus puriores atq; fortiores.

Habituari nōnunq; appet potētia q̄ nō habituat̄.

❡ Et generaliter non reperitur in talibus facilitatio ex aſſuefactione abſque aliqua reali permutatione in principijs naturalibus facta/quare non per hanc facilitationem concluditur ſufficienter vllum illic generari habitum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Ex dictis ſequitur corollariū. duplex eſt aſſuefactio: pure intētiōalis: ⁊ realis. prima quidē eſt habitus ꝓprie dictus vcȝ ſine reali permutatiōe in principijs: acqſibilis per naturā ex actu vel actibus ⁊ nō aliter atq̃ ad ſimiles actus inclinās (nō eſt hic de habitu ſupnaturali ſermo) aſſuefactio aūt realis eſt quedā habilitas que cū frequētatione: operationū acquirit per realē in principijs naturalibus permutationē factā: ⁊ talis eſt a materiali agēte factibilis nō ad aliquos actus inclinās potētiam: nec eſt qualitas ſpiritualis: ſed corporea prima vel ſecūda: aut ipſummet agēs a quo remotū eſt vel additū aliqđ impediēs aut iuuās: ſubiūgo de potētia ſenſitiua exteriori patēs exēplū: pōt vidēdi diſpoſitio abſq̃ habitu meliorari: vcȝ in oculo per pellicule vel humoris ablationē: aut per eius ſubtiliationē: aut ingreſſationē vel aliā qualitatiuā impreſſionē. Exemplū de potētia motiua. Acqri pōt cōplicabilitas quedā atq̃ cōtrahibilitas per oblationē vel cōfractionē humorum aut partiū aut alioꝝ impediētiū vel per qualitatū mollificātium aut conſolidantiū impreſſionē: qđ oleis ⁊ vnguētis fieri ſolet: quibus mēbra reddūtur agilia: ⁊ magis anime obediētia in actuū atq̃ motionū mēbroꝝ exercitio: cui iuuamē prebet in anima eſſe habitus varios cognitiuos atq̃ appetitiuos per actuū frequentiā acquiſitos: ꝓpteꝙ mēbroꝝ exteriorum directiuos. Exēpluȝ de vegetatiua: poteſt quis paulatina aſſuefactione veneno nutriri cuius ꝓbatio fuit in puella napello nutrita: ⁊ in altera iuſquiamo nō quidem habitu ſed corporea qualitate impreſſa que fuit anime inſtrumētum quo ipſa veneno dominabat ⁊ coagēte calore napellum cōuertebat: vel iuſquiamum in corporis ſubſtātiam. Exemplū habes in re inanimata ſimile que, poteſt abſq̃ habitus acquiſitione diſponi ad actionum vel paſſionum facilitatem. Reddit enim baculus plicabilior ex frequenti eius plicatione qua fit quedā ſubtilis aliquaruȝ partium contractio: aut viſcoſitatis diſſolutio. Non igitur in his omnibus cogimur habitum aſſerere.

Habit⁹ ⁊ aſſuefactio differūt duplex eſt aſſuefactio.

Attēde de puella napello nutrita.

Habitus coefficit actum: eumq̃ totum comproducit: ⁊ non niſi in ſpecie ſimilem. Nec potentia exiens in actum habituata valet ipſius habitus efficientiam impedire. Neq̃ impedire pariter certam actus intenſionem ab habitu ꝓuenientem. Nec ſufficiens eſt ipſe cum ſola potentia ſuum gignere actum.

Notabile quorūdā fuit opinio cōcurſum habit⁹ ad actū non eſſe efficiētie: quā opinionē tenēs Durādus diſtinctione.xxiij.q.ij.tertij ſic obijcit ois cā intēdēs effectū eſſet ſufficiēs per ſe inducere gradū ratiōe cuius effect⁹ ſit intēſior: ⁊ per cōſequēs habitus poſſet in aliquē actū ſaltē remiſſum ſine cōcurſu potentie. Preterea: habēs habitū opinatiuū nō aſſentit clarius q̃ ante habitū: ergo habitus nō coefficit actū. ¶ Ad primū nego antecedēs intelligēdo per ſe ideſt ſine alteri⁹ cāe cōcurſu. ¶ Ad ſcđm cōcedo antecedēs: aſſentit em̄ intēſi⁹. ¶ Replico habit⁹ eſſet īfinit⁹: pariter act⁹: vcȝ ex circulatiōe efficiētie: deduco prim⁹ actus habitū ꝓducēs ſit a: iam iſte habit⁹ ꝓductus ſuperaddet illi actui certū gradū nouum: ⁊ iſte nouus gradus actus nouum gradum habitus: ⁊ iſte nouus gradus habitus iterum nouum gradū actus equalem: et nouus gradus act⁹ nouū gradū habitus equalem: ⁊ ſic ſine ſtatu cū ſint cauſe naturales ⁊ nullus nouus

Habit⁹ nō ꝑ efficiētie circulationē gñat īfinitus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

actus vel habitus impediet ſuperaddere gradum aliquem equalem: igitur.
¶ Ad argumētū ſatis difficile. Dico dupliciter poſſe ſaluari nō eſſe actum vel
habitū infinitū per huiuſmodi circulationē. vno modo ex finita limitatiōe po
tētie: tā in efficiētia ꝙ in vitali imutatiōe: ꝓpter quā in hmōi circulatiōe tādē
eſſet in aliquo nouo habitu vel actu ſtatus: ſcʒ nihil efficiēte: ꝓpter potētie in=
capacitatē. ¶ Secūdo modo ponēdo effectus ⁊ cauſe inequalitatē ſcʒ qꝛ actus
habitū nō ei eque intēſum producat aut habitus nō actū ei eque intēſum. nam
in tali circulatiōe etiā infinita nō ꝓduceretur actus vel habitus infinit⁹ ⁊ hoc
ꝓpter cōtinuā remiſſionē effectus ad ſuam cauſam.

Habit⁹ ad actū cāſalitaſ ē efficiētie.

## Prima igitur cōcluſio ipſius habit⁹ ad

actū cōcurſus eſt vere efficiētie: ꝓbo eſt cāſitas ⁊ nō alterius generis tum etiā
quero cur gratia habitus ſit ipſius actus intenſio maior.

## Secunda concluſio eſt actus totus a po

tētia tot⁹ vł ab habitu. primū patet: ſine efficientia potētie nō coefficit habitus
ſcðm pariter oſtēdo eadē eſt ratio de vna ipſius actus parte ⁊ de alia. quando
igit̄ propter habitus preſentiā atꝙ efficiētiā producit̄ actus intēſior ꝙ ꝓduce
ret̄ a potētia ſine habitu: nō eſt imaginādū illius toti⁹ act⁹ intēſioris vnā partē
eſſe ſeparatim a potētia: ⁊ alterā ab habitu quinimo a potētia ⁊ ab habitu eſt
quelibet eius pars. exēplū habes de iuuāte alteꝝ ad portādū pōdus: nā vterꝙ
totū portat idem: pariter de motiuo potētiam aut aliud motiuuʒ iuuāte ad ali
cuius aſſenſus ꝓductionē. tot⁹ effect⁹ ab vtroꝙ ꝓducit̄. fateor quandoꝙ aliter
fieri poſſe ſcilicet ſeparatim cauſis applicatis ſit enim actus precedēs habituʒ
qui per aduenientem habitū intēdatur. ipſe intēſus non eſt tot⁹ ab habitu.

Habit⁹ aliquādo an imediete actū alium a ſuo ꝓprio ꝓducere valeat.

## Tertia concluſio habitus non niſi actū

ſpecie ſimilē actui ꝓducenti eū coefficit: aut ſaltē actū obiectiue cōmunicātem
cum illo patet. nam per inclinationē ad hmōi actū deprehēdit̄ habit⁹ ipſe atꝙ
habituū diſtinctio. ¶ Illā particulā aut ſaltē ⁊c. ſuperaddidi: qm̄ diceret fortaſ
ſis quiſpiā in intellectu habitū propoſitionis ſingularis affirmatiue imediate
ad aſſenſuʒ ſue ꝑticularis: ⁊ in volūtate habitū obiecti particularis: prout volo
fortiter aggredi imediate ad actum cōfuſum volo fortiter agere inclinare qui
ab illo ſpecie differt: pariter in intellectu habitū totius copulatiue immediate
vtriuſꝙ ꝑtis aſſenſum: ⁊ in volūtate habitū tertiū finis ⁊ mediū imediate vtriuſ
ꝙ proprium actum efficere. Nolens tamē hec cōcedere dicat in his omnib⁹ requi
ri proprium ipſius habitus actum: aliter nō coaget. ¶ Sed replico. habitus in
tellectiuus productus a iudicio exiſtentie rei per noticiam intuitiuam pro=
ducto: cauſat immediate in rei abſentia iudicium quo iudicatur fuiſſe:
⁊ iſtud iudicium ſpecie differt ab illo pariter in voluntate habitus amoris
cauſati per intuitiuam obiecti: poſtea in eius abſentia inclinat imme=
diate ad eiuſdem obiecti amorem: qui tamen ſpecie ab illo diſtinguitur. ¶ Hec
aliqui cōcedūt: ſed nolēs cōcedere dicat ad primū nō ab habitu: ſed a noticia ab
ſtractiua cauſari iudicium illud. ita ꝙ quēadmodum intuitiua iudicium pro=
ducit quo iudicatur obiectum eſſe: ſic ab abſtractiua cauſata a ꝓpria ſpecie rei
aliquādo intuite: cauſatur iudicium quo iudicatur illud fuiſſe: ⁊ cōcedo hoc eē
iudicium euidens non autem per ſe notum cum non ſignificat intuitiua ad ip
ſum cauſandum quo autem ad aliud obiectum de voluntate ponendo ambos
illos amores eſſe eiuſdem ſpeciei non eſſet difficultas concedendo vero amo=
rem aliquem ſuo modo intuitiuum diceretur habitum non ex eo cauſari vel
ipſum cauſatum non niſi ad amorem illius ſpeciei effectiue immediate con=
currere.

Quarta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Quarta concluſio.** Nequit potētia habituata exiſtens in actū coefficientiā illius habitꝰ impedire/nec impedire certā intenſionis latitudinē ab habitu prouenientem/ita ꝙ poſito volūtatis concurſu elicientis actū velit nolit coagit habitꝰ/ꝛ velit nolit erit actꝰ intenſior ꝙ̄ ſine habitu eſſet cum eodē volūtatis conatu. ¶ Sequit Corolarium quamuis conſentire inclinationi ſubiaceat liberi arbitrij imperio/non tñ ipſa inclinatio/ſignāter tam ad actum premiſſo volūtatis cōcurſu/nec ex hoc cōcludc ipſam abſolute ad gradū neceſſitari quem ſuperaddit habitus/nam poteſt volūtas non agere/ſic igit adeo liber eſt exceſſus ſicut totus actus ſine habitu eſſet. ¶ De habitibꝰ eni quorum actus libero ſubiacent arbitrio intelligit illud Ariſtotelis.habitibus vtimur cū volumus.

Habitꝰ ad actū coefficiētiā neq̄ ipedire voluntas eliciēs actū.

**Quinta concluſio.** Nequit habitus cū ſola potentia exire in actum/inductiue oſtendo/quoniā ſi fuerit potētie appetitiue/ſic ad actū requirit obiecti cognitio:ſi autem potentie cognitiue fuerit/habitus ille eſt iudicatiuus cum apprehēſiones ſint ab obiectis vel ſpeciebus:aſſenſus autē ſine apprehenſione cauſat.

Habitꝰ neq̄t cū ſola potētia efficere actū.

**Dubium:an in propoſitionibus** in euidētibꝰ requirat cum apprehenſiōe motiuū qualr ante habitꝰ acquiſitionem requirebat/ꝛ ad aſſenſum concluſionis iā prius per demōſtrationem notificate opus ſit demonſtratione prout ante habitum. ¶ Reſpondeo:homini habituato nō requirit motiuū quale prius ptz:trāſeuntibus demonſtrationibus cum poſtea proponunt concluſiones quibus ſumus habituati mox eis aſſentimus:ꝛ idem de propoſitionibꝰ fidei vel alijs ineuidentibus non refricādo motiua/quibus dudum moti aſſentiebamus. ¶ Dices forſitā requiri volūtatis imperium/aut motiuum neceſſitās quale ad primum aſſenſum generatiuum habitus. ¶ Hinc non videt quadrare hominum experientia mox ſine actu voluntatis credentium his quibus aſſentire habituati ſunt:tum etiam de carentibus vſu rationis/id in ſenſu interiori locum non haberet.

Habitꝰ an abſq̄ motiuo valeat aſſenſum i euidētē producere.

NOn corrumpitur habitus per ſolam actuum ceſſationem. ¶ Concludc igitur anime rationalis habitum fore naturaliter incorruptibilem qui careret contrario:prout et ſpecies intelligibilis per naturā exiſtit indelebilis:ſolet etenim poni ipſius habitus cum habitu incompoſſibilitas qualis eſt actus cum actu:non autem actus cum habitu. ¶ Sic habitus non per habitum:ſed per actum corrumperetur.

Corrumpit aliqd̄ ꝯtingit tripl'r.

**PRimum notabile.** Tripliciter cōtingit aliquid corrūpi:ſcʒ per ſubiecti corruptionē/per cōſeruātis ablationem:ꝛ per formalr:aut virtualr cōtrariū. Uirtualr quidem qḋ pōt producere effectū cōtrariū/cuiuſmodi eſt actꝰ reſpectu habitꝰ oppoſiti/nā pōt habitū cōtrariū producere. ¶ Primo modo corrumpit ipſius bruti habitus:ꝛ species cum quo ſimul interit anima ſpecies pariter atq̄ habitꝰ potentie ſenſitiue hominis per eiꝰ mortem vel per organi ſenſus corruptionem corrumpit/ſi res ita habeat ꝙ illa accidētia toti compoſito vel organo inhereāt. Secūdo modo noticia intuitiua atq̄ actꝰ appetitꝰ intuitiuꝰ deſinit per obiecti abſentiā. Tertio

* ADDITIO. Prio corruptiōis mō relliquiſq̄ duobus ſequētibꝰ qḋ corrūpat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

modo ſolet poni ipſius habitus corruptio per actum oppoſiti.

Habitꝰ nõ corrũpit̃ ꝑ ſolã actuũ ceſſationē etiã ꝗtũcunq; diuturna fuerit.

**Prima concluſio.** non corrumpit̃ habitꝰ per ſolã actuũ ceſſationem: oſtendo poteſt per certũ immo per ſatis longũ tempus cõſeruari ſine actu ⁊ eadem eſt ꝗtūcũq; temporis ratio: cũ diuturnitas nõ ſit res aliqua poſitiua adueniēs atq; cõtraria. ¶ Obijciens: experit̃ quis ſine cõtrario actu obliuiſci concluſionum habitualr̃ preſcitarũ/ ꝙ nõ niſi defectu exercitij per habitꝰ corruptionē ſaluari poteſt/ ergo ſolã actuũ ceſſatiõe corrumpi poteſt: tum etiã cõſulit̃ repetere ſcita ne memoria decidãt: qd̃ nõ eſſet ſine habituum corruptibilitate per ſolã actuum ceſſationem. ¶ Reſpõdet Okam in quarta queſtione. xij. in reſponſione ad primum dubium inquiēs: poteſt dici ꝙ deus non conſeruat qñ deficit exercitiũ actꝰ diu. Aliter (inquit) põt dici ꝙ ex frequēti intellectione ⁊ volitione põt generari ⁊ augeri aliqua q̃litas corporalis q̃ eſt conſeruãs habitũ in itellectu ⁊ volũtate: iõ ad corruptionē illiꝰ qualitatis corporalis cõſeruãtis ſequit̃ corruptio habitꝰ in aĩa: illa aũt qualitas corporalis corrumpit̃ per actionē extrinſecoꝝ agentiũ q̃ cõtinue agũt in corpꝰ alterãdo diuerſimode cuiuſmodi ſunt elemēta: ⁊ alia corpora multa propter quorũ actionē corrũpit̃ q̃litas illa corporalis qñ nõ auget̃ per actuũ intellectꝰ ⁊ volũtatis frequētationē: ⁊ hec (inquit) videt̃ eſſe ratio quare corrũpit̃ habitus in intellectu ⁊ volũtate per ceſſationē actuũ. Iſtud puto mere ficticiũ: ſcʒ a quolibʒ actu aĩe imprimi corpori q̃litatem permanentē: nõ videt̃ cui parti corporis inhereãt hmõi qualitates/ aut qualis earũ actio cõſeruatiua habitũ. Uarij ſunt etiã aĩe actꝰ non trãſmutatiui corpis tñ habituũ ꝓductiui. Tũ etiã põt aĩa ſepata eorũ recordari que in corpore geſſit: atq; abſentibꝰ illis qualitatibꝰ retinere habitꝰ acquiſitiuos in via. Preterea non videt̃ vnde eſſet cauſarum extrinſecarũ corporaliũ cõtrarietas ad illas qualitates ab actibꝰ corpori impreſſas/ ⁊ cur potius vnꝰ ꝗ̃ alterius fuerit obliuio/ vel corruptio vnius habitus potius ꝗ̃ alterius. ¶ Dico igit̃ vt prius huiuſmodi habitus intellectus aut voluntatis non deleri ſine actuum contrariorum aduentu/ ſed hoc vnum eſt/ poſſunt ab actibꝰ ſuis tanto tempore impediri vt omnino deleti videant̃/ ⁊ modus eſt iſte/ in ſuis eñ actibus ſopiunt̃ habitus voluntatis per actuum intellectiuorum defectum/ ⁊ ſopiunt̃ habitus intellectiui carentia apprehenſionum occurrentium ex ſpeciebus producibilium. ſopiunt̃ vero ſpecies intelligibiles defectu ſuffragij fantaſmatum cum ſit neceſſe intelligentem fantaſmata ſpeculari: aut defectu aliorũ motiuorum ſpeciebus appropriatorum ad hoc quod agant. Nam non agũt niſi mote a certis rerum noticijs cum ſuis obiectis aliquam ſimilitudinem ⁊ habitudinem habentium: ſubiectũ autem fantaſmatum eſt corporeum vel ab eo in hoc dependens/ quare per eius alterationem poſſunt fantaſmata deperire.

Habitꝰ aut ſpēs ꝯtigit tandiu ſopiri atq; a ſuis actibꝰ tãdiu ipediri vt oĩo deleti eē videant̃.

**Secunda cõcluſio.** foret per naturam incorruptibilis habitus intellectus aut voluntatis qui careret contrario/ prout ⁊ ip̃a ſpēs intelligibilis. pʒ: nõ corrũperet̃ ex hypotheſi per ꝯtrariũ/ nec etiam ad ſubiecti corruptionē/ nec pariter ex ꝯſeruãtis abſentia/ cũ nullũ ſit eiꝰ cõſeruãs ineſſe habitꝰ vł ſpēi niſi ip̃a potētia: ſecꝰ de ſuorũ actuũ exercitio. Preterea non obſtãte magna corpis alteratiõe: trãſiēs q̃s per etatiuas trãſmutatiões recordat̃ in ſenectute alicuꝰ in pueritia cogniti: cuiꝰ vſq; nũc nũꝗ̃ recordatꝰ fuerat qd̃ eſt permanētie ſpēi intelligibilis vſq; nũc indiciũ: ⁊ eadē eſt de habitu ratio. Quare ex opinione aſſerēre nõ poſſe ꝓpoſitiõi impoſſibili ꝯtradictionē explicãti: aut oppoſitis ꝑncipiorũ ꝑ ſe notorũ aſſentiri: nec poſſe odiri ſummã beatitudinē: aut amari ſummã miſeriã: habitꝰ illoꝝ actuũ eſſent ꝑ naturã icorruptibiles.

Habitꝰ cũ habitu aut cum actu q̃lis incõpoſſibilitas.

**Tertia concluſio** ſolet poni habitꝰ cum habitu ſicut actus cũ actu incompoſſibilitas: non autem actus cũ

habitu:vltima pars eſt clara:nã ꝗ̃tucũq̃ i vicio habituat⁹ põt actũ ꝯtrariũ eli cere:poſt cui⁹ trãſitũ adhuc percipit ſe inclinatũ:igiꝛ ſtetit actus ille cũ habitu oppoſito. Quo aũt ad pꝛimã partẽ eſt cõis opinio ꝙ actus reperiẽs in potẽtia habitũ oppoſiti nunꝙ̃ habitũ ꝓducit quouſq̃ diuo reſecatus atq̃ corrupt⁹ fuerit habitus ille:ꝛ ita nõ per habitũ corrũperetꝛ habit⁹:ſed per actũ vel act⁹ precedẽtes. Cõtra:cauſe ſolũ virtualiter cõtrarie cuiuſmodi ſunt habit⁹ poſſunt ſe cõpati:tũ etiã maior eſt habit⁹ cũ actu cõtrarietas ꝗ̃ cũ habitu. nã habituũ cõtrarietas virtualis eſt:ꝛ ſolũ ratiõe actuũ eminẽter in eis cõtẽtoꝝ:ſed eſt cõmpoſſibilitas habitus cũ actu:igiꝛ cũ habitu p̃terea ad hoc eſt experiẽtia. nam p virtutis exercitiũ q̃s experiꝛ ſe ad illos act⁹ diſpoſitionẽ:atq̃ magis inclinatũ nõ ceſſante omnino inclinatione ad vicia: ergo in aliquibus gradib⁹ manent habitibus contrarĳ. ¶ Nõ eſt igitur improbabile prout calor ꝛ frigiditas ſe in aliquibus gradibus compatiunꝛ ſic cõtrarioꝛum actuum habitus.

Actuũ ꝯtrarioꝛ habit⁹ an poſſint ſe cõpati. Habit⁹ ſupnãlr ĩfuſi q̃lr ſint corruptibiles

## Primum dubium de habituum superna

turaliter infuſoꝛũ coꝛruptibilitate. ¶ Reſpõdeo de infuſis eiuſdẽ ſpẽi cũ naturalibus dicẽdũ eſt vt de iſtis:de infuſis aũt nõ per naturã ꝓducibilibus ſecus: quales aſſerunꝛ fides:ſpes:charitas:in baptiſmate collate:que a multis ponũtur pariter a ſolo deo delebiles:quare peccatũ nõ attingit gratie formalẽ corruptionẽ cũ mortale ſit aliquãdo pura omiſſio:demeritorie aũt ſic ſcʒ per peccatum mortale demereꝛ q̃s ſubtrahi ab ipſo deo gratiã:ſic eñ per hereſim ſubtrahiꝛ a deo habitus fidei infuſus:ꝛ per deſperationẽ habitus ſpei infuſus.

Habit⁹ ĩfuſus q̃lr operetur.

## Secundum dubium incidentale. quid

ꝛ qualiter operanꝛ infuſi habitus. Reſpõdent pleriq̃ eos nõ ſine habitib⁹ acq̃ſitis inclinare ad actus:ꝛ hoꝛũ quidẽ motiuũ eſt experimẽtale. puer in ſylua nutrit⁹ nõ reperiꝛ per habit⁹ illos inclinatus ad eoꝛũ actus:alias que ſunt fidei cognoſceret. Corollarie ſequiꝛ nõ efficiẽter ad pꝛimũ actũ cõcurrit ĩfuſus habit⁹.

## ¶ Quid igitur ſit dicendum reſpondeo

eſſe a deo infuſibiles habit⁹ ſine alĳs acq̃ſitis inclinatiuos:eſſe pariter ĩfuſibiles alios nõ ſine acq̃ſitis aut equalẽti ſuffragio ꝓductiuos actuũ: pꝛimam partem oſtendo:ſuat ab ipõ deo infuſibiles eiuſdem ſpeciei cum acq̃ſitis. ¶ Scđa pars eſt cõis dogmatizantiũ de fide:ſpe:ꝛ charitate ſupnaturalibus:q̃ ab acq̃ſitis ſpecie differũt. ¶ Dicũt nõnulli ad actũ meritoꝛiũ requiri eſſe ex gratia videlicet efficienter:alĳs aſſerentibus ſufficere fieri cũ gratia:hoc eſt aſſiſtẽte gratia non enim eſt preſentis ſpeculationis deciſio huius.

Habit⁹ dꝛ ꝗ̃ ſit inclinet ad delectabiliꝛ operãdũ.

## Tertium dubium. an verum ſit vniuerſa

liter hoc cõe dogma:oĩs habit⁹ ĩclinat ad ꝓmpte expedite ꝛ delectabiliꝛ operãdũ.

## ¶ Reſpondeo non quãtum ad tertiam

particulam. Oſtendo:habitus intellectiuus non eſt huiuſmodi: cum non ipſi⁹ intellect⁹ ſʒ potentie appetitiue ſit delectatio. ¶ Pariter habitus penitendi nõ ĩclinat delectabiliter penitere ſeu triſtari de peccato id eñ repugnantiã ĩcludit. ¶ Apparenter enim hec poneretur regula:conditionem actus in hoc ſequitur habitus. cũ igiꝛ triſticia ſit de his que nobis nolentibus accidunt. gaudiũ aũt de his q̃ nobis volẽtib⁹ accidũt:nec ſit potẽtie cognitiue hmõi paſſio. hinc conformiter triplex diſtingueretur habitus:quidam ex nolitione atq̃ odio genit⁹ inclinãſq̃ triſtabiliter:quidã ex volitione inclinans per oppoſitum:quidã neuter vcʒ cognitiuus neutro modo inclinãs. ¶ Cõtra:volũtatis habit⁹ ex volitiõe genitus põt cũ iudicio diffoꝛmi habere ſecũ triſticiã:pariter habit⁹ ex nolitiõe



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

genitꝰ pōt cū iudicio carētie rei nolite habere gaudiū: igit̄ ⁊c. ¶ Hinc concludo oēm habitū ex actu genitū eſſe in hoc neutrū: ſecus ponēdo ex paſſiōe habituȝ generari. ¶ Fateor cōmuniter per actus reflexos accidere voluntati gaudium agētis cōformiter ad habitus. gratia exēpli: qui de peccato penitēs triſtat̄: gaudet q̄ triſtat̄: ſed id non eſt ex inclinatiōe habitus penitentie nec id indeficienter accidit: cum nec ſemper actus eliciat̄ reflexus.

¶ De libertate ad bonitatem vel maliciam requiſito. Cap. vj.

Libertas ē cōditio ad bonitatem aut maliciā neceſſaria fo. 18. et 19. ꝑ totū.



Eceſſaria bōitatis moral aut malicie conditio eſt libertas ſine qua non meretur operatio laudem aut vituperium: hinc propter id quod nobis ineſt a natura (teſte Ariſtotele) nō laudamur neq̄ vituperamur: ⁊ Auguſtinus libro de vera religione ait: uſq̄ adeo peccatum voluntariū malum eſt: vt nullo modo ſit peccatum ſi non ſit voluntarium et idem Auguſtinus libro de duabus animabus: non niſi voluntate peccatur: ⁊ ibidem nuſq̄ niſi in voluntate peccatum eſt. ¶ Sed id intellige primario: ſecundario autem in operationibus aliarum potentiarum effectiue imperatis ab ea. hinc nulla bruti operatio aut hominis vſu rationis carētis eſt moraliter bona vel mala.

Actꝰ moralit̄ bonꝰ pit et malꝰ q̄d tres q̄ cōditiōes ad moralē bonitatē req̄ſite.

PRimuȝ notabile. actus moraliter bonus eſt opatio libera cōformis recte rōni dictāti de oībꝰ circūſtātys req̄ſitis. Actꝰ aūt malꝰ eſt opatio libera difformis recte rōni dictāti de oībus circūſtātus. ¶ Trahunt̄ itaq̄ tres cōditiōes ad bonitatē actꝰ moralē req̄ſite: ſcȝ libertas: cōformitas ad rectā rationē: ⁊ omniū debitaꝝ circūſtātiaꝝ integritas. Ad moralē aūt maliciā libertas difformitas ad rectaȝ rationē: ⁊ alicuiꝰ debite circūſtātie defectus: aut alicuiꝰ male poſitio. has tres cōditioes tria ſequentia capitula declarabūt: nūc igit̄ de pma: pro qua ſit cōcluſio. Nō eſt ſine libertate in opatiōe bonitas moralis: aut malicia id auctoritatibꝰ ſupra patuit: rōne autem oſtendit̄: requirit̄ facultas in oppoſita: cum etiam per hoc a bono nature diſtinguit̄ bonum moris: ⁊ a malo malum.

Pro cuius maiori elucidatiōe multipliciter obūcio. ¶ Primo: humiliatio bouis ⁊ aſini q̄ dn̄m ſuū cognouerūt fuit moralr bona: cū fuerit honor latrie. Scdo: aſine balaā locutio: cū fuerit pphetia. ¶ Tertio baptiſmatis ſuſcepto in paruulo: cū ſit ei gratie meritoria: atq̄ peccati originalis deletiua. ¶ Quarto: innocētū violēta mortis ꝑpeſſio ꝓ chriſto: cū per hanc

aureolam martyrum meruerint.
¶Quinto:chriſti operationes; cuius anima non erat in oppoſitum flexibilis.
¶Sexto:btōꝝ atq etiā dānatoꝝ act⁹:ad quos a deo ꝑueniēte:ipſi neceſſitant.
¶Septimo:viatorum in gratia confirmatorum.
¶Octauo:actus pro primo inſtanti creatiōis angeli vel anime elicitus:eſt moraliter bonus vel malus:ꝛ pro illo inſtanti non eſt potens non elicere eum:nam omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe.
¶Nono actus tempore naturalis continuationis:cum ſint eiuſdem ſpeciei cū ſeipſiſquando eliciebantur.
¶Decimo:volitiones mediorum ad finem ad quos neceſſitatur voluntas ex efficaci volitione finis. ¶Undecimo:amor quo prim⁹ angelus inordinate ſe amauit erat naturalis qui fuit moraliter malus quoniam demeritorius. ¶Duodecimo:amor ſummi boni intuitiuus:aut odium ſumme miſerie/ponēdo eos actus neceſſario ſequentes noticiam. ¶Decimotertio/primi motus facti moroſi atq nimium continuati fiunt moraliter mali:qui per continuationē non deſinunt eſſe naturales. ¶Decimoquarto:cogitationes materie illecebroſe moroſe cum periculo conſenſus permiſſe nō repreſſe ſunt imputabiles etiā abſq voluntatis actu:ꝛ ſunt ex hypotheſi naturales.
¶Decimoquinto:poſt volitionem efficacem orandi tranſeuntē cōtinuatio orationis etiā cum inaduertētia eſt moraliter bona:quoniā eſt ſatiſfactoria:ꝛ non eſt libera. ¶Decimoſexto:omni actu voluntatis circūſcripto:omiſſio dilectionis dei pro tēpore pro quo viator tenetur eſt culpabilis:cuꝫ ſit precepti trāſgreſſiua:et illic non eſt libertatis vſus cum ſit ſine actu. ¶Decimoſeptimo: obligatus matutinas adire dormiens ex culpa:non expergefactus omittit culpabiliter matutinarum tēpore:ꝛ nō eſt ꝓ tunc omiſſio illa libera:cum tunc ligetur liberum arbitrium. ¶Decimooctauo. Carētia iuſticie in paruulo eſt culpabilis cū ſit mortalis/ꝛ non eſt libera. ¶Decimonono/ multe dementiū atq ebriorum ꝛ etiā dormiētium operationes ſunt culpabiles cum ſit de eis confitendū que tū ſine liberi arbitrij vſu fiunt. ¶Uigeſimo. martyrū paſſiones erant moraliter bone qm̄ meritorie:ꝛ non erant volūtarie:imo ab extrinſeco illate.
¶Uigeſimoprimo ceſſante malo liberi arbitrij vſu euētus ſequētes ſunt culpabiles ꝛ ſunt nō liberi.pꝫ nō effectiue a volūtate. ¶Uigeſimoſecūdo:mandāti:imputant̄ geſta mādatarū etiā carētis vſu rōnis:q̄ nec ab eo nec ab illo libere fiūt.
¶Uigeſimotertio.bruti animalis operatio qñq dño ſuo eſt culpabilis. Exodi. xxi.ſi bos cornupeta fuerit ab heri ꝛ nudiuſterti⁹ et conteſtati ſunt dñm ei⁹: nec recluſerit eum/occideritq virum aut mulierem:ꝛ bos lapidibus obruetur:ꝛ dominum eius occident:ſic igitur vterq punitur. ¶Uigeſimo quarto opatio exterior iperata eſt moralr bona vel mala vt cōcedunt oēs: ſed ꝙ nō recte appellet̄ libera ꝑ eius efficientiā a libero actu oſtēdo qm̄ illo actu libero poſito nō min⁹ naturaliter producit̄ ꝙ̄ poſito illo actu interiori producatur paſſio vel habitus: ſed nō denoiatur libera ipſa paſſio aut etiā habitus:igit̄ nec exterior opatio.
¶Ad hec obiecta reſpōdeo Ad primū nec vere cognouerunt dñm:nec vere honorem latrie ei exhibuerūt:ſed per modum cognoſcētis atq exhibētis ſe habuerūt ſꝫ miraculoſe :ab ipſo deo pulſi ſunt:atq moti genua flectere ꝛ reliqua exercere qualiter exerceret vere cognoſcens dominuꝫ:prout de⁹ dicit iraſci vel furere.i.ꝑ modum iraſcentis atq furētis ſe habere:ſcꝫ puniendo q̄liter homines illis paſſionib⁹ affecti procedere ſolent:forte certa imaginatione fantaſtica ab ipſo deo immiſſa mouebātur:nō quidē imaginatione obiectiue de deo:qm̄ ſicut viſus nō eſt ſenſatiōis ſoni capax ſic nec ſenſus aliq̄s exterior vel interior eſt capax cognitiōis ſubſtātie imaterialis:immo nec materialis:ſed dumtaxat accidentis.hinc non eſt beatificabilis anima bruti. ¶Ad ſecundū rñdeo:extenſo ꝓphetie vocabulo ſm̄ eius ethimologiam procul fari:pōt bruto communicari ꝓphetia.i.talium

Bos ꝛ aſinus nec ꝓprie deū agnouerūt: nec ei honorē latrie exhibuerūt. A D J.
* Deus furere dr̄ ꝙ in eū furor cadat: ſed q. ad modū furētꝫ ſe hz̄ videt̄ cum in aliqueꝫ aladuertit.
prophetie cui cōpere repōt ei⁹ multiplex acceptio.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

locutio procul a naturali cognitione diſtātium etiam ſine ſignificationis: vocuꝫ
aut rerum ſignificatarum cognitiōe: nec oportet huiuſmodi locutioneꝫ prophe
ticam eſſe moraliter bonam vel malam. ¶ Stricte auteꝫ ſumpto noīe prout dif
finit, Caſſiodorus in ꝓlogo libri pſalmorū: prophetia eſt diuina inſpiratio rerū

Propheta et videns differunt.

euentus immobili veritate demonſtrās: ſic nulli competit bruto. Ad plenā eī̄
prophetie rationem requirit̄ intelligentia interpretationis viſionis: aliter nō
dicēdus eſſet propheta ſed vidēs. ¶ Fuit theodorus in cōcilio Toletano cōdē-
natus: aſſerēs prophetas nō intellexiſſe viſiōes atqꝫ prophetias. ¶ Ad argumē

* Theodori cōdēnatio.

tum igitur diſtinguatur nomen: accipi poteſt prophetia pro radice ſcilicet pro
interiori lumine ſupernaturaliter infuſo: et ſic non eſt in ea bonitatis moralis
aut malicie ratio. Alio modo pro illius luminis effectu: prout eſt locutio ꝓphe-

ADDITIO. Duplex eſſe poteſt ꝓphetica locutio.

tica. Et duplex poteſt eſſe. vna deo coagente: immo ad talem locutiōem ipſo ne
ceſſitante organa vocis: qualiter obſeſſus a ſpiritu loquit̄: videlicet ſpū organa
mouente eoqꝫ formante ⁊ de articulāte verba. Balaam enim volens (requiren-
te balach) maledicere populo dei neceſſitabat̄ benedicere. Alia poteſt eſſe ꝓphe
tica locutio homine cum directione luminis prophetici libere loquēte: ſic enim
eſſe cōtingit moraliter bonaꝫ: immo etiam malam cum aliunde poſſet circūſtā-

Prophetia nō eſt gr̄a gratū faciēs nec eā reqrēs ymo actū eius contingit eſſe viciosum.

tia vicians aduenire: prout eſt finis vane glorie vel aliud: poteſt eī̄ cum pecca-
to mortali ſtare donū prophetie. ¶ Ad tertiū reſpōdeo: negādo illam paſſiuam
baptiſmatis ſuſceptionem in paruulo eſſe meritoriā. dico eī̄ nec ipe nec bapti
ſans: nec offerēs meret̄ ei ſed chriſtus: ipſe eī̄ meruit generis humani reconci-
liatiōem: ianue celeſtis apertionem: ⁊ ſacramenti efficaciam. in quolibet eī̄ ſa-
cramēto ab habēte vſum rationis rite ſuſcepto dātur due gratie. Una perſona
lis motui bono ſuſcipientis correſpondēs. Altera ſacramētalis ſacramēto cor-
reſpondens: primā ſuo bono motu meretur ſuſcipiens. Alteram autem chriſtꝰ
nobis meruit. ⁊ quamuis requiratur in baptiſante intētio baptiſandi aut agē

Meriti rō in quo cōſiſtat: an de neceſſitate reqrat̄ gr̄a q̄ ſit aīe accidens.

di quod intēdit eccleſia: nō tamē requiritur hec intentio meritoria: imo nec mo
raliter bona pꝫ. vbi circunſtantia vane glorie vel cupiditatis lucri intētionem il
lam viciaret / nec pariter in eo aut parentibus requirit̄ fides cū infidelis vere ba
ptiſet. ſufficit igitur eccleſie militātis vel triūphantis fides.
¶ Ad quartū ſupponendū Baptiſmus fluminis eſt aque abluti cū debita intē
tione. baptiſmꝰ fluminis dolor peccati. Baptiſmꝰ aūt ſanguinis eſt mortis ꝑpeſ
ſio ꝓ chriſto. Amplius aureola eſt q̇dam fulgor in ſignū excellētis victorie cōtra
mūdi / carnis / vel demonis pugnā in parte corpis in q̄ beatus victoriā exercuit.
prima eſt martyrij. ſcd̄a virginitatis. tertia p̄dicatorꝝ: q̄re pꝫ aureolā eē accidēta
le nō eſſentiale beatitudinis premiū. Supponēdū eſt inſup ꝙ meriti ratio cōſi-
ſtit in diuina actꝰ ad p̄miū acceptatione (loquor de merito apud deū) quare licet
actꝰ meritorius ſit in libera hoīs ptāte: nō eſt tn̄ immediate in eiꝰ libertate eſſe
meritoriū. Seq̇tur Corollariū. q̄uis de lege ordīata nullus actꝰ ſit eterne beati
tudinis meritorius niſi fiat i gr̄a ſua tamē abſoluta ptāte poſſet deꝰ viatorē ei
gratum habere / atqꝫ actus eius ſine tali gratia ſeu qualitate ſuperaddicta acce
ptare.
¶ Ad argumentum igitur dicunt non nulli deum ſpeciali priuilegio eis vſum
rationis acceleraſſe ſm̄ quem elicuerunt volitionem paſſionis mortis pro xp̄i fi
de formaliter imperatiuam per quē aureolam martyrij meruerūt. id quidē feciſ

Meritum an duntaxat acceptationē cōnotet.

ſe potuit deus. an aūt fecerit neſcio. ⁊ ſuppoſito nō feciſſe dicunt alij meritorium
dumtaxat diuinam acceptionem connotare: ⁊ quoniam acceptare poſſet deus
aliquod non liberum / ſcilicet cui ſol cras eluceſcet vel ſuper quem lapis cadet
beatificetur. id dicunt meritoriorum: iſtud non videtur plene vocabulo me-
riti quadrare: quod aliquam laudabilitatem ex parte merentis importare
videtur. Illi enim cui ſol eluceſceret, non proprie dicere͂ beatitudo ex ſu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

merito cõferri:ſed ex diuina liberalitate tantum:ſic ⁊ de innocentibus dicendum:verumtamẽ id in nomine cõſiſtit:quare nec vim faciam.

¶ Ad quintum dico .in chriſti animã fuerunt actus varij ⁊ varijs temporibꝰ aliqui mere liberi:reliqui non.nec niſi in actibꝰ liberis fuit plena bonitatis moralis ratio:ſecus de merito.ipſa eñ a ſue creationis inſtãti ſemper fuit ſumme beata beatitudine ſecundum communẽ opinionẽ gratis ei collata:ſcd̃m autem alios quã pro illo eodem inſtãti meruit:videlicet per actum natura precedentem ipſam beatitudinem:aut etiam per alios actus ſequentes:videlicet priuilegiate premio precedente meritum:aut etiam ipſomet actu beatifico: ſic ſcilicet idem ſit meritum ⁊ premiũ:⁊ prius forte natura meritum ꝙ premiũ. Alia autem bona ab illo inſtanti ei collata cuiuſmodi dotes corporis ⁊ reliqua; ipſe ſibi meruit ¶ Ad ſextum dico.btõs ad actus beatitudini eſſentiales neceſſitari:⁊ dãnatos ad actus punitioni eſſentiales.veruntamen quo ad alios multos actus ſuo relinquuntur arbitrio:⁊ ab iſtis deſiſtere poſſunt eoſq; repetere. non aũt ad actus malos trãſire valent beati:nec dãnati ad plene bonos deo preordinante nõ eis coagere. ¶ An autẽ a ſolo deo ſit efficienter beatitudo eſt vna opinio tenens ad vitalem imutationem requiri;potentie immutate efficientiã ⁊ conſequenter beatitudinẽ eſſe a deo potẽtia coagente. Alia opinio ponit ad vitalem immutationẽ ſufficere inherentiam:atq; beatitudinem eſſe efficienter a deo ſolo.primam huius opinionis partem de inherentia credo veram. Secunda autem non eſt certa. Dico igitur vtrumq; poſſet deus facere: quãuis magis quadret rationi premiũ ipſum eſſe totaliter a premiãte.et idem de actibus dãnatorum ſue punitiõi eſſentialibus dicendum. ¶ Ad ſeptimũ reſpondeo.cõfirmatio:admittit aliquorum actuum videlicet cõſiliorum atq; indifferentiũ: aut etiam preceptorum affirmatiuorum non pro tunc obligantium liberam flexibilitatem ad oppoſita.quod ſi ad aliquos actus ſub precepto cadentes diuina interueniat preuentio voluntatem neceſſitans:dico in eis non eſſe plenam moralis bonitatis rationem:nec ſequitur eos non eſſe meritorios cum potior meriti ratio in diuina acceptatione conſiſtat. Confirmatio enim eſt quedã ſtabilitas in bono malum non admittens:ex ſpeciali dei ordinatione prouenĩẽs determinantis ad malum non coagere:⁊ ad bonum nõ deficere:intelligo ſecundum ſpeciem ⁊ gradũ confirmatiõis. Multiplex eſt enim cõfirmatio:aliqua maior/alia minor. ¶ Confirmatio enim ſola in gratia non admittit mortale. veniale autẽ ſic.quia non tollit gratiam prout in apoſtolis. Confirmatio ſola in bono nõ admittit actum malum:inclinationem autem ad ipſum compatitur. ¶ Confirmatio in bono ⁊ inclinatione boni/nec actum malum/nec ad ipſum inclinationẽ admittit/qualis eſt in beatis:pariter in viatrice chriſti matre in qua non ſurrexit motus turpis:vel recte rationi difformis. ¶ Ad octauũ reſpondeo. Cuꝫ hac ꝑpoſitione de ineſſe:voluntas nunc elicit actum.ſtat huius propoſitionis veritas/voluntas poteſt pro tunc non elicere actum.poſitio autẽ iſtius ineſſe erit alterius depoſitio:nec huic obuiat illa philoſophi auctoritas intelligẽda in ſenſu compoſito/ſcilicet hec eſt neceſſaria omne quod eſt ſi eſt.eſt q̃re non eſt illa ratione aſſerendum nõ potuiſſe angelum in primo ſui inſtanti mereri vel demereri:ſecus eſſet de mortali demerito:propter ſcilicet gratie aſſiſtentiam cuꝫ qua deus pro illo inſtanti angelum creauerat:ſimiliter de primo parente.

Beatorũ actus multiplices nec ad q̃ſlibet neceſſitãtur.

Beatitudo an a ſolo deo efficienter ſit.

Cõfirmatio liberoſ actus admittit.

Cõfirmatio qd ſit.

Cõfirmatio multiplex.

¶ Ad nonuꝫ. admiſſa determinati temporis naturali actus continuatiõe dico nõ eſſe ꝓ tunc in eo plenam bonitatis moralis.aut malicie rationem.

¶ Ad decimũ ſuppoſita tali neceſſitatione dicendum eſſet de illis mediorũ actibus:prout de opere exteriore comparatione ad interiorem actum efficacem.

¶ Ad vndecimum conceſſo cum doctore ſubtili primum angeli actum inordinatum fuiſſe ſui ipſius amorem amicitie. quo deinde ſibi immoderate beatitudinem concupiuit. dico illos fuiſſe actus liberos. ¶ Prima enim boni vel



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mali radix ponitur amor. hinc (teſte Auguſtino decimoquarto de ciuitate) duo amores duas fecerunt ciuitates. Amor dei vſq; ad contemptum ſui ciuitatem dei. Amor autem ſui vſq; ad contemptum dei / ciuitatem dyaboli: quod ſi reſpectu beatitudinis oſtenſe ponať more quorundam aliquis; amor non liber / dico vt ſupra. ¶ Dicit ille doctor poſſe aliquem immoderate velle beatitudinē / aut quia intenſius debito. aut citius quam conueniat / aut non ex cauſa debita / ſcȝ ſine meritis. aut alijs modis quibus actus viciantur.

Beatitudo multipliciter inordiate appeti pōt.

¶ Ad duodecimum. dico vt ſupra.

Ad decimumtertium. dico culpabilitatem eſſe in libera continuationis complacentia / aut in libera omiſſione repreſſionis ei poſſibilis.

¶ Ad decimumquartum. idem dico.

¶ Ad decimumquintum ſolet dici huiuſmodi continuationem ſine aduertētia eſſe ſecundario liberam a volitione effectiue inchoante: ⁊ ita moraliter bonam. ¶ Sed quicquid ſit dico non ſemper ad ſatiſfactionem requiri opus moraliter bonum. quinimmo quandoq; fit per opus malum: prout eſſet horarum vel miſſarum propter inanem gloriā celebratio: ſecus de ſatiſfactione meritoria. Dico preterea valde vtilius eſſe volitionem inchoatiuam non interrumpere quā ſine ea opus continuare etiam euagatione non culpabiliter interueniente. nam volitionis continuatio aut repetitio ⁊ bonitatem ⁊ premium adauget. ¶ Quantum enim ad pretactam materiam longe refert an voluntaria ſit: an inuoluntaria mentis euagatio.

Satiſfactio nō ſp reqrit opꝰ moraliter bonum.

¶ Ad decimūſextū dico: nō ſolum in cōmiſſione eſſe libertatis vſum / ſed etiam in omiſſione actus. iſta enim eſt libertas contradictionis.

Libertas omiſſionis an cognitionem opis omiſſi requirat.

¶ An aūt ad omiſſionem liberam requiratur oſtenſiua operis omiſſi cognitio.

¶ Uidetur reſpōdere negatiue beatus Thomas prima ſecunde. querēs / an poſſit eſſe voluntaria ſine actu: cum videatur de ratione voluntarij cognitio.

¶ Reſpōdet eo mō requiri ad volūtariū actus cognitiōis: ſicut ⁊ actus volitatis vt ſcȝ ſit in ptāte alicuius cōſiderare ⁊ velle ⁊ agere: ⁊ tunc ſicut non velle et non agere cum tempus fuerit eſt voluntarium: ita etiā non conſiderare. Cōtra non eſt libero arbitrio poſſibile ſiue cognitione potentiam excitare intellectiuā ad certam obiecti cōſiderationem. igiť ſine cognitione omiſſio conſiderationis talis obiecti non eſt libera. tum etiā cuiuſcūq; obiecti omiſſio conſiderationis ſemper eſſet libera. pȝ: omni actu ſecluſo non eſt volūtati maior facultas libera ad excitādam vnius obiecti cōſiderationem quam alterius. ¶ Quare teneo oppoſitum. ¶ Obijcies: preceptū ſit ſorti credere cras certo articulo: ⁊ cras ex obliuione culpabili omittat tam credere quā velle credere: omiſſio erit cras libera qm̄ erit culpabilis: ⁊ tamen ſine cognitione. ¶ Reſpondeo: ſi cauſa obliuiōis nō fuerit culpabilis nec libera: non erit cras omiſſio culpabilis. ſi aūt fuerit voluntaria: iam in omiſſione vel commiſſiōe eius fuit culpabilitas ⁊ nō cras in omiſſione. ¶ Ad decimūſeptimum. reſpondeo cum regula generali. Que ex libera cōmiſſione vel omiſſione precedenti ſequuntur extra vſum rationis: ſunt ad liberam cōmiſſionem vel omiſſionē precedentem referenda / non quod in ſequentibus ſit bonitatis moralis vel malicie rō: ſed in libera commiſſione vel in omiſſione precedente. ¶ Alia regula. Lex aliquid precipiens cenſeť eadē obligatione impeditiuum executionis precepti prohibere: quare libere eliciens aliqd impoſſibilitatiuum peccat: ⁊ in eo pro tunc cōtrahitur totius obligationis mandati culpa. exempli gr̄a. in ꝓpoſito tota omiſſiōis precepti de eūdo ad matutinas culpa eſt in dormitionis volitione. aut in libera omiſſiōe impediendi eā cuȝ potuit: vbi tamen a cauſis naturalibus ſine culpa neceſſitantibus induceretur ſomnus non eſſet culpabilis omiſſio: cum ad impoſſibile obligetur nemo.

Omiſſionis imputabilitas pro quo tēpore contrahatur.

¶ Ad decimūoctauū ſolet reſpōderi peccatum originale paruuli eſſe voluntarium: nō quidem voluntate propria ſed aliena: ⁊ q̄uis iſtud ad actualem culpe

Originale peccatum q̄liter dicatur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bilitatem non ſufficiat/ſufficit tamen ad originalem.quod declarãs Durãdus
diſtinctione.xxx.ſecundũ dicit voluntatem ade poſſe dici interpretatiue volun-
tatem omnium poſterorum qui deſcenſuri erant ab eo per viam naturalis pro
pagationis mediate vel immediate.quia ipſi pro ſe ⁊ pro tota poſteritate colla
tum fuit munus iuſticie originalis. Alij aliter declarant dicentes: quod ſi tota
poſteritas tunc interfuiſſet conſenſiſſet iuſticiam dari ade ſub illa conditione:
quare nunc carentia iuſticie dicitur paruulis interpretatiue voluntaria. Sꝫ q̃-
ro qualiter ſciant iſti quod tota poſteritas in hoc cõſenſiſſet:neſcio profecto an
tanto periculo totam poſteritatem exponere voluiſſent.Aliter poſſet dici quod
conſenſiſſent vel cõſentire debuiſſent conſiderata dei ordinatione in hoc conſti-
tuentis adam totius poſteritatis caput.¶Ad decimumnonũ de operibus de-
mentium/ebriorum/ac dormientiuꝫ.¶Reſpondeo:quamuis inter illa tria ge-
nera aliqui differentiam ponant:non tamen pertinenter.nam poſſunt oĩa huic
propoſito pertinentia reperiri paria.¶Dico igitur.contingit dupl'r eos affici:
vno modo manente aliqua rationis ſcintilla/ſcilicet non plene alienato:nõ ple
ne dormiente:nec plene ebrio:⁊ tunc nõ eſt difficultas opera eorum libere impe
rata eſſe imputabilia.Alio modo omnino in eis ligato rationis vſu et hoc du-
pliciter:quoniam aut ſine cauſa culpabili:⁊ ſic opera eo durante facta non ſunt
culpabilia defectu volũtarij.Si autem ex cauſa culpabili ſit ligatio rationis in
ducta/hoc dupliciter aut ex cauſa culpabili que fuit deſiderium operum ſequẽ
tium tempore ligaminis:aut ex cauſa culpabili que non eſt tale deſiderium. Et
vtroqꝫ modo dupliciter:aut culpa fuit per condignam diſplicentiã preemenda
data habito aliquo lucido interuallo:ſcꝫ inter culpam ⁊ ligationem vſus ratio
nis: ⁊ ſic opera ſequentia non ſunt culpabilia.naꝫ radix fuit purgata a malicia.
Si vero emendata non fuerit illa cauſa culpabilis:nec fuerit operum ſequẽtiũ
deſiderium/non ſunt pariter culpabilia cum non imperatiue ex actu libero.: ſꝫ
ex aliq̃ mere naturali ſurgãt:put ex naturali motu appetit⁹ ſenſitiui aut vege-
tatiui:p mere aũt naturale nõ ſit q̃s de nõ pctõre pctõr:aut de pctõre non pctõr.
Si autẽ illa cã culpabilis fuerit deſiderium:dicunt aliqui opera ſequentia eſſe
imputabilia.gratia exempli:in dormiẽte pollutionẽ.cõtra quod precedens ra-
tio militat:tum etiam cõtingit precedentib⁹ equalibus deſiderijs ſequi in vno
pollutionem:⁊ non in alio:qui tamẽ equaliter quod in ſe fuit fecerũt.igit̃ equa-
liter culpãdi ſunt.Preterea exterior operatio nihil noue imputabilitatis addit
actui interiori:quare dico oĩa ſequẽtia eſſe ad precedentẽ commiſſionẽ vel omiſ
ſionem liberã reducẽda in qua tota reſidet malicia.¶Sed dubium oritur bonũ
de magnitudine grauitatis illius prime commiſſionis aut omiſſiõis libere: an
aggrauet̃ ſcðm ea que de facto ſequent̃/an ſcðm oĩa que ſequi poſſunt.grã exẽ-
pli:volitio inebriationis an tam grauis ſit ſolũ quot diſpẽdia ſequẽtur.an tam
grauis ꝙ diſpẽdia poſſunt ſeq̃ nõ videt̃ primum qm̃ priuſqꝫ illa diſpẽdia vel in
cõmoda fiãt talis volitio ſuã habuit maliciã.Preterea nõ ſubiacebit poteſtati
eius tpe ebrietatis ꝙ fiant vel nõ fiãt.Nec videt̃ ſcðm:aliter illa volitio infini-
te eſſet malicie cum infinita talia ſequi poſſint. ¶Reſpõdeo.igitur:ex preſenti
circũſtãtia perſone mẽſuratur grauitas illa:ſcꝫ ex preſenti futurorum commiſ-
ſorum vel omiſſorum veriſimilitudine ſumpta ex perſone ⁊ aliorum appetẽtiuꝫ
circũſtantia:quidã em̃ ſunt inebrietate mites ⁊ ſomno dediti.Alij tunc furibun
di:homicidia:incẽdia:adulteria:⁊ hmõi patrãtes.ex tali em̃ conditione perſo-
ne ſurgit vitãde ebrietatis obligatio a qua volitio ſuã propriam retinebit gra-
uitatem.ſiue talia ſequantur ſiue non propter forte impedimentuꝫ: quinimmo
ex perſone circunſtantia cõtingere poteſt omnino purgari a malicia potatio-
nem inebrietatiuam:prout ex inuincibili ignorantia fortitudinis vini aut alte
rius ebrietatem cauſantis. An autem oĩs potus inebriatiuus ſcitus eſſe talis
ſit peccatum.¶Reſpondeo non.quicquid plerioſ dicant:immo licet ex cauſa ra

tur volun-
tarium.

Actus de
mentium
ebrioꝝ ac
dormien-
tium.

ADDI
TIO.

† Duplici
ter contin
git demẽ-
tes ebrios
ac dormiẽ
tes affici.

Actus nõ
ex euentu
aggraua-
tur ſecun-
duꝫ nume
rum ſꝫ pe
nes veri-
ſimilitudi
nem.

Pot⁹ ine-
briatiu⁹ ex
quo ſuam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſumat cul pabilitatē

tionabili ꝓuocari:ꝓut medicoꝝ cōſilio ꝓ recuperanda ſanitate. quis enim ⁊ teneretur ad hoc ⁊ mereref:nec in oppoſitū valet eorum motiuū de mentis alienatione.nam ſine culpa poteſt mētis alienatio aut ligatio vſus ratiōis procurari ꝓut ſomno.Dico igitur potum inebriatiuū culpabilē:non quia mētis alienatiuū:ſed quia ſine rationabili cauſa ſumitur talis potus mentis alienatiuus.¶Ad vigeſimū de martyꝝ penis dicit beatus thomas prima ſecunde queſt.vi.articulo.v.duplex eſſe voluntarium:quoddā ſcd̄m actionem ſcilꝫ effectiue a volūtate.Aliud ſcd̄m paſſionem cuiuſmodi paſſiōnes martyrum:q̄ volite.

ADDITIO. † Duplex eſt voluntarium.

¶Hoc nō ſatiſfacit quoniam poteſt deus actionem aut paſſionem etiam nullo illoꝝ modorum voluntariā acceptare:⁊ ſic extenſo nomine erit meritoria: non autem moraliter bona.Diceretur forte ꝙ nō paſſio:ſed paſſiōis tolerātia equanimis eſt moraliter bona.Nec hoc ſatiſfacit:nā tolerātia nō eſt quid effectiue a voluntate condiſtinctū paſſionibus.Dico igitur moralem eorum bonitatem in voluntate fuiſſe.¶Ad vigeſimum primum reſpondeo:vt prius.Circa quod q̄ri ſolet an euentus ſequens facto precedenti addat bonitatem vel maliciam.

Euentus qualiter actui precedenti addat.

¶Reſpōdet beatus thomas prima ſecūde.q.xx.arti.v.ſi talis euentus fuerit p̄cogitatus addit bonitatem vel maliciā:ſi autem non fuerit precogitat⁹ hoc dupliciter.quoniam vel iſte euentus eſt vt plurimum ſequens tale factum:⁊ ſic addit bonitatem vel maliciam.ſi vero talis euentus ſolum de per accidens ſequitur.ſic non addit bonitatem vel maliciam.hec verba Thome ꝙuis vera : ſunt tamen cruda quoniā trāſibit actus priuſquā fient tales euentus: quādo eñ eſt ipſe actus:nondum ſunt euentus.ergo non eum aggrauāt.quādo pariter fiunt euentus nō plus eſt actus:ergo tūc nō aggrauaf actus. ¶Dico igitur in actus elicitione fieri tale bonitatis vel malicie augmentum cōſurgens ex preſenti euētuum veriſimilitudine:ſcilicet qui probabiliter exiſtimātur ſequi. ¶Ad vigeſimum ſecundū dico vt ſupra ſcilicet totam maliciam in volitione mādandi reſidere que ex preſenti veriſimilitudine ſequele diſpendiorum aggrauaf:⁊ equalem retinet maliciam hec volitio ſiue ſequentur ipſa diſpendia ſiue non.naꝫ fecit quod in ſe fuit ad hoc qđ ſequentur:fateor tamē ipſam diſpendiorum executionem in foro humano puniendā:vbi non ſemper deterius peccatum grauius punitur.⁊ hoc quoniā legis humane finis eſt humana tranquillitas. hinc in eo foro grauius puniuntur opera humane trāquillitatis magis turbatiua:⁊ quandoqꝫ ſine culpa.ex cauſa tamen in eo foro iuſte irrogatur pena.iuxta regulaꝫ iuris in ſexto:ſine culpa niſi ſubſit cā nō eſt aliquis puniēdus:pena eñ irregularitatis.pena bigamie:⁊ alie quandoqꝫ per virtutis actum contrahūtur. ¶Ad vigeſimū tertiū dico idem.ſ.oēm illius maliciā reſidere in nolitione vel omiſſione libera recludendi bouem ſuum cornupetam:huius aūt malicia ex diſpendiorū futuroꝝ veriſimilitudine aut timore probabili ſumif.que equaleꝫ retinebit maliciā ſiue ſequētur ſiue non.ſecus de irrogāda temporali pena.¶Ad vigeſimūquartum rñdeo latam eē differentiā:nam operatio exterior quamuis ad interiorem naturaliter ſequaf:ſeqtur tamen per modū imperij:nō auteꝫ habitus vel paſſio:quare rectius quā paſſio vel habitus appellanda eſt libera.

Peccata tranquilitatis policie magis turbatiua graui⁹ puniuntur.

Radicis libere et neceſſario ortorum non aliunde liberorum non eſt diuerſa bonitas moralis vel malicia:intelligo imputabiliter:in quo ſeu ſu dico operationem exteriorem non interiori addere bonitatem vel maliciam:ſcilicet propter operis exterioris ex interiori naturalem ſequelam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Primum notabile.** Ex liberis actib⁹ volũtatis naturali ſequela tria oriuntur ſiue producuntur accidentium genera: videlicȝ paſſiones/habitus/ꝛ operationes imperate: quibus varias corporis tranſmutationes ſuperaddo.

Exterior opatio naturali efficiẽtia ẽ ex interiori.

**Secundum notabile.** Contingere poteſt operationẽ a duplici radice libertatem habere: ꝛ ſic ꝙuis ab vna produceretur naturaľr: poſſet tamen ab alia imputabilitatẽ alteri condiſtinctã recipere: hmõi eſſet operatio exterior a duob⁹ actibus interioribus imperata/aut ab vno formaliter/ꝛ aliunde interpretatiue imperata. ꝓpter hoc ſupra dixi non aliunde liberorũ.

Exterior opatio ex duplici radice libertatẽ habere poteſt.

**Prima concluſio.** Non eſt vlla ipſius habitus bonitas vel malicia imputabilis/patet. deeſt libertas ꝛ manet nolentib⁹ nobis: dicitᷓ eñ bonus aut malus non formaliter/ſed effectiue ſeu inclinatiue: quia ſcilicet ad actum talem inclinat/ponẽdo pariter actui paſſionẽ condiſtinctã reſidet in actu bonitas vel malicia.

Habitus nullã hȝ imputabilitatem.

**Secunda concluſio.** Operatio impata/eſt formaliter bona vel mala: ſed non/diuerſa laudis aut vituperij imputabilitate. ¶Prima pars patet.

¶Secũdam oſtendo. primo ratione. Nõ ſubiacet libero arbitrio (poſito actu interiori) opatio/exterior/ſequatur vel nõ ſequatᷓ: igitᷓ eius ſequela non eſt ei ad nouam bonitatem moralem vel maliciam computãda/alias pure naturale haberet propriã atꝗ condiſtinctã laudis aut vituperij rationem. Preterea facies eq̃liter quod in ſe eſt debet in bonitate ꝛ malicia equaliter haberi: ſed efficacem eliciens volitionem ad quã propter ĩpedimentũ libero non ſubiacens arbitrio nõ ſequitᷓ exterior operatio: ipſe equaliter quod in ſe eſt facit/ac ſi ſecuta fuiſſet igitur equaliter debet ei ad bonitatẽ vel maliciã computari: cũ enim fecerit qȝ in ſe fuit vt exterior ſequeretᷓ opatio: nõ per eũ ſtetit quin fieret opatio/ipſa igitᷓ dȝ ei eq̃liter ad bonitatẽ moralẽ vel maliciã cõputari. Exẽpli grã duoꝝ in aliquẽ ſagittãtium eq̃liter eũ occidere vn⁹ volentiũ occidit/alter nõ vẽto ad lat⁹ cõpellente ſagittã: vtriꝗ debet equaliter cõputari ad maliciam.

Exterior opatio nõ addit interiori moralẽ bonitatẽ aut maliciam.

¶Secundo idem auctoritatibus pȝ: auguſtini primo de li. arbi. c. iiij. ſi cui nõ cõtingat facultas concumbẽdi cum cõiuge aliena. planũ tñ aliquomõ ſit eũ cupere ꝛ ſi poteſtas detur eum eſſe facturum non minus reus eſt ꝙ ſi in ipſo facto dep̃henderetur. Ad idem Hugo de ſacramentis libro ſecundo parte. xiiij. c. vj. differens meritum non eſt/ſi equalis voluntas habeatᷓ.

¶Ad exponẽdas aũt auctoritates que in cõtrariũ ſonare videntur/dicendũ dupliciter intelligi opationẽ exteriorẽ actu interiori bonitatẽ vel maliciã addere. ¶Uno modo ꝑ actus interioris ineq̃litatẽ. Alio mõ ſeruata inteſionis act⁹ eq̃litate. Primo modo nõ eſt dubitãda queſtio: nã quo ad ſuũ actum ſolet voluntas in operis exterioris executione intendi quandoꝗ autem remitti. intendi quidẽ in opere delectabili: ꝛ remitti in opere penali. Et ſic intelligenda eſt hec Auguſtini auctoritas dicentis: voluntate ſola quilibet miſer efficitur: miſerior tamen quãdo poteſtas peccãdi in opere completur. hoc eſt verum q̃ntam in operis executione redditur vt plurimum voluntatis actus intenſior.

Exterior ĩteriorẽ addẽ ẽ dupľr intelligibile.

ADDI. Auguſtini auctoritas q̃ter intelligi dbeat.

¶Secũdo autem modo equalitate ſeruata ſcilicet datis duobus iterioꝛib⁹ actibus eiuſdem ſpeciei eque intenſis differentibus ſolũ penes hoc quod ad vnum ſequitur operatio exterior ꝛ non ad alterum propter certum impedimentum nõ ſubiacens libero voluntatis arbitrio: vnus ſit moraliter melior cum operatione exteriori/aut plus mereatur quam alter: ꝛ in hoc ſenſu verificatur pars queſtionis negatiua/atꝗ pro ea auctoritates.

¶Contra quam ſunt obiectiones. ¶Primo diuerſis preceptis prohibentur:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gratia exempli circa materiam furti prohibet actus exterior: hoc precepto non furtum facies: actus autem interior hoc precepto / nō concupiſces.

Secūdo. iuſte grauius punit quis ꝑ vtroqꝫ quā ꝑ interiori tm̄ cum ſint duo peccata. Tertio. cōfitendū eſt de operationibꝰ exterioribꝰ. Quarto duoꝝ equalr̄ volētium occidere vnus occidat / ⁊ alter nō: primꝰ tenet ſatiſfacere ⁊ nō ſcdus: tū etiā primus maius quā ſecundus infert nocumētum. Quinto: populo predicās errorem / grauius peccat populo credente ꝙ ſi non crederet: quia populum ſeducit. Sexto: illa poſitio eſt error ꝑ eccleſiam dānatus patri abaylādi ſic aſſerentis nos vero dicimus quod ſola voluntas a deo eternaliter remuneret ſiue ad bonum ſiue ad malum: nec propter opera peior vel melior efficit homo: niſi fortedū operat in aliquo voluntas. Septimo volens pro chriſto martyrium ſuſtinere: ⁊ ſuſtinens meret aureolā. ⁊ non alter volens ſuſtinere non ſuſtinens: pariter volens aliqḋ ſacramentum ſuſcipere ⁊ ſuſcipiēs / gratiam acq̄rit ſacramentalem: ⁊ nō alter volens ſuſcipere ⁊ nō ſuſcipiēs. ſic ⁊ volēs clericū occidere occidēs incurrit excōmunicationem: nō aūt alter volens nō occidens. Octauo: cōtingeret oīa dei mādata ſine exteriori ope impleri. Ad primum reſpondet Okam in tertio recte duobus ꝓceptis ꝓhibentur ne ſimplicibꝰ det occaſio errādi: ſcꝫ credendo non eſſe peccatū niſi exterior operatio ſequat. Et huic non minus congruum ſupaddo reſpōſum / noīe opis exterioris volitionez prohiberi efficacē ſeu formalr̄ imꝑatiuā: noīe aūt actꝰ ꝯcupiſcētie volitionē ꝓhiberi inefficacē. Ad ſcdm rn̄dēdū negando aſſumptum de pena gratia ſolius malicie debita / ſcꝫ de pena eterna / ſecꝰ de pena debita ex cauſa. quādoqꝫ enim in hoc ſeculo minꝰ puniunt grauiorātam a deo ꝙ ab hominibus: nā plus puniuntur que magis ſunt policie ſubuerſiua. Plus punit furtum quā verbum proximi diffamatiuum / ſic igit ex cā cū culpa puniūtur grauius opera exteriora que ſunt ꝯtrāquillitatis policie turbatiua. Ad tertium dico merito eſſe de vtroqꝫ confitendū: nā vtrumqꝫ eſt peccatum / ſuntqꝫ due malicie numero diſtincte: quāuis vna ab alia dependeat: ex quo eadē pena eterna vtriqꝫ reſpondet / eademqꝫ laus aut vituperiū. Preterea per actꝰ exteriores deprehenditur interiorum grauitas. Ad quartum reſpōdeo: quādoqꝫ ex minori culpa maiorē ꝯtrahi obligationem. ſ. ex maiori cā. iuxta id. ff. ti. de penis quatuor genera puniūtur. facta / dicta / ſcripta / conſilia. que cōſiderāda ſunt ſeptem modis / cā / perſona / loco / tempore / qualitate: quātitate / euentu. iſta eſt propoſitio valde pulchra: ⁊ in iudicijs ſumma ꝯſideratione habenda. Ad confirmationē reſpōdeo: nō per alterum ſtetit quin illatuꝫ fuerit nocumentum: nā qḋ in ſe fuit ipſe fecit: quare quo ad maliciā eſt ei equalr̄ computādum: odiēs enim deum minus nocumentū exterius facit ꝙ occidēs: tn̄ grauius peccat.

Exterior oꝑatio ⁊ interior cur duobꝰ ꝓhibeant ꝓceptis.

Punit opꝰ qn̄qꝫ ex culpa qn̄qꝫ ex cā ⁊ qn̄qꝫ ex culpa maiori maior contrahit ſatiſfaciēdi obligatio.

Ad q̄ntum reſpondeo. vtroqꝫ modo facit quod in ſe eſt ad ſeducendū populū: q̄re equaliter aggrauatur malicia ꝯtrū eſt ex hoc: qḋ addo / qm̄ ſecus vbi vnꝰ predicaret exiſtimans populum crediturum: alter aūt predicaret exiſtimās populū non crediturū. Illa em̄ circunſtātia cognitionis volitionem aggrauaret: que volitio equalē retineret maliciā: ſiue ſequatur populi ſeductio / ſiue nō. Ad ſextam forte reſpondebit quiſpiā / illā poſitionem nō eſſe multū erroneā: q̄liter tn̄ intellexerit ignoratur: forte intellexit quod qualitas obiecti non aggrauat actuꝫ: ita ꝙ volens occidere duos homines nō grauius peccat / ꝙ volens occidere vnū: in quo ſenſu fuit opinio erronea. Iuxta hoc enim dico nō in rōne executionis operis exterioris illic fieri malicie augmentum: nam efficaciter duos volens occidere ⁊ non occidens propter impedimentum non libero ſubiacens arbitrio / equaliter peccaret cum occidente duos. Ad ſeptimum reſpondeo. illud premū vel pene additamentū nō eſſe ex moralis bonitatis vel malicie augmento: de hoc in ſequenti documento. Ad octauum reſpondeo: ſi intelligas pro ſemper / nego: quoniam ad implenda operum exteriorum mādata requiruntur volitiones efficaces ſeu formaliter imperatiue executionis: ad eas autem ſequuntur opera

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

exteriora niſi aſſint impedimenta non volũtati ſubiacentia: quibus quidem impedimentis poſitis concedo per interiores actus ſolos impleri dei mãdata. Hec de operis exterioris ad actum interiorem habitudine pro nunc ſufficiunt: que reſtant ample libello huic materie proprio examinaui.

**Dubium ex predictis ſoluendum an in foro** dei voluntas pro facto reputetur. ¶ Reſpondendum quod non habita facultate ⁊ ſe offerente oportunitate, alias autem ſic potiſſime quantum ad culpe immunitatem. ¶ Prima pars patet: nam diuinum mãdatum obligat ad opus exterius Johãnis.i. canonice ideſt diligere debemus non ſolum verbo ⁊ lingua: ſed opere ⁊ virtute ¶ Secunda pars oſtenditur. deus neminem ad impoſſibile obligat.

Voluntas an in foro dei ꝓ facto reputet.

**Secundum dubium.** Dicunt doctores ſi adeſt facultas: tunc ſola volũtas ſufficit ad vite eterne meritum: ſi autem aſſit facultas ⁊ ſe offert oportunitas: voluntas non poteſt ad meritum ſufficere abſque opere. An autem ſit vniuerſaliter verum/pono ꝓpoſitiones ad maiorem rei intelligentiam. ¶ Prima: quandoqꝫ habita facultate atqꝫ oportunitate ſufficiens eſt ad vite eterne meritum voluntas ſine opere: patet: in operibus conſiliorum/fateor magis meritoriam eſſe voluntatem efficacem. Secunda propoſitio: in preceptorum operibus quãdoqꝫ vbi ad eſt facultas cum oportunitate ſufficit ad meritum voluntas ſine opere: patet vbi inuincibiliter crederetur facultas deeſſe vel oportunitas. Tertia propoſitio/cognita facultate cum oportunitate in opere quod ſcitur eſſe precepti voluntas ſine opere eſt meritoria: patet vbi ſolum ſub veniali eſt operis preceptum. voluntas inefficax talis operis cuius omiſſio eſt venialis/eſt meritoria in habente gratiã.
¶ Quarta propoſitio: cognita facultate cum operis precepto ſub mortali: ſic illius operis boni voluntas complacentie eſt moraliter bona: patet: eſt operis boni nec per aliquaꝫ viciatur circũſtantiam.
¶ Quinta propoſitio in caſu quarte propoſitionis conſiſtit peccatum non in illius operis precepti volitione inefficaci cũ ſit bona: ſed in omiſſione volitionis efficacis: ad quam ſequi debet opus precepti/ad eam enim tenetur precepto.

Voluntas ſola an ad meritũ ſufficit qñ nõ adeſt facultas.

ET ſi neceſſario orta non ſupaddant ſue radici libere moralem bonitatem vel maliciam: nõnũq̃ tamen premium vel penam obligationẽ vel obligationis acquitationem ex aliqua extrinſeca conditione adijciunt: propter quaꝫ tũc nec voluntas in illis pro facto reputaretur: prout in actibus priuilegiatis: in ſacramentorum exercitijs: in ſatiſſactorijs in premio accidentali eterno vel pena: in humanarum pariter legum iuſtis retributionibus accidit.

Exterior opatio ꝗ̃uis nõ bõitatem aut maliciã interiori ſupaddat: addit tñ plerũqꝫ aliõ ĩ certis operũ gñib⁹ ĩ qb⁹ voluntas ẽt efficax nõ pro facto reputatur.

**PRimum notabile.** Longe refert dicere moraleꝫ addit bonitatem aut maliciam: ⁊ addit premium aliquod vel penam: nam ex cauſa aut voluntaria premiantis ordinatione (equali exiſtente morali bonitate vel malicia) poteſt premium inequale reſpondere: prout in ſupra numeratis exemplis que per ſequentes concluſiones ampli⁹ lucescent.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Prima cōcluſio.** In operibus priuilegiatis voluntas etiam efficax non omnino pro facto reputatur: in eis enim operatio exterior premium aliquod ſuperaddit: patet: duobus eque efficaciter dare decem volentibus pro conſequēdis indulgentijs (que tantum valent quātū ſonāt) quorū vnus dat decem: alter autem coacte impeditur quāuis equaliter beatitudinis mereātur ambo. indulgentias tamen vnus conſequitur ⁊ nō alter: ita quod vni fiet pene purgatorij relaxatio. ⁊ non alteri / indulgētiarū beneficio atq; robore: quod addo / quoniam boni motus cauſa relaxabitur ei pene portio ⁊ tanta alteri.

**Secunda concluſio.** Id etiam in ſacramentorū exercitijs cōtingit. duobus enim eque efficaciter recipere volentibꝰ eucariſtie ſacramētū / quorum vnus recipit / alter inuolūtarie impeditur. q̄uis equalem gratiam pſonalē: equalemq; beatitudinē perſonalem mereantur: ſoli tñ recipienti dat̄ ſacramentalis gratia / ⁊ ordinat̄ beatitudo futura illi gr̄e correſpondens.

**Tertia concluſio.** Idē in ſatiſfactorijs operibꝰ accidit. pꝫ ſortes obligatus certam porrigere elemoſinā / volitionem habēs huiꝰ formaliter imperatiuam ⁊ inuoluntarie impeditur: non per hoc acquitatur adueniente tamen pro tunc oportunitate abſoluitur tamen.

**Quarta concluſio.** Id etiam in premio accidentali eterno aut pena accidere poteſt: oſtendo: duobꝰ eque efficacter pro chriſti fide mortem perpeti volentibus / quorū vnus morit̄ ⁊ non alter: equale reſpondebit beatitudinis eſſentialis premium: verūtamen quorūdaꝫ ſentētia vni aureola martyrij ⁊ non alteri concedit̄. hoc tenet beatꝰ Thomas dicens de martyrij rōne eſſe mortem. oppoſitum aſſerūt alij dicētes efficacē ſufficere volitionē atq; formaliter tolerātie mortis pro xp̄o imperatiuā: cuius examinationē in quarto feci ampliorem.

**Quinta concluſio.** Idem in legum humanarum penis vel in premijs verificat̄: patꝫ: quantūcūq; percutiēdi clericum efficax ſit volitio: non eſt excōmunicationis incurſiua ſine opere exteriore. ⁊ ita in alijs penalibus.

Affectus abſq; effectu an iura hūana puniant.

**Dubium ex** Apparenti autoritatū cōtrarietate. an humana iura pro affectu ſine effectu exteriore punire habeant: ſonant aliq̄ affirmatiue vt codice libro. j. de epis ⁊ clericis: lege q̄nta. Si quis nō dicā rapere ſed attentare tantum matrimonij iungēdi cā ſacratiſſimas virgines auſus fuerit / capitali ferief pena: vbi dicit ſummator / punit̄ affectus licet nō ſequatur effectus. Item codice libro. ix. ad legē iuliam maieſtatis: lege quinta. eadē em̄ ſeueritate voluntatem ſceleris qua effectum puniri iura voluerūt. vbi ſummator cōſpirās ꝯ̄ principē vel eos q̄ ſunt ad latus p̄ncipis incidit in crimē leſe maieſtatis ſola ordinatiōe ⁊ tractatu / lꝫ nō ſequat̄ euētus: vnde vltro dꝫ puniri: ⁊ oīa bona ſua efficiūtur fiſci. ¶ In oppoſitum aūt. ff. tit. de penis. cogitationis penā nemo patitur. vbi dicit gloſa / ſi eſt ſtatū in finibus cogitationis: iuxta id. ff. de verbo. ſignifi. l. fugitiuus. fugitiuum quoq; ⁊ erroneum non ſecundum propoſitionem ſolam: ſed cū aliquo actu intelligi conſtat. Et idem de penitē. diſtinc. j. vbi leges multe de hoc canoniſantur. cogitatio nō meret̄ penam lege ciuili cum ſuis terminis cōtenta.

ADDI. *Duplex pōt eē affectꝰ atq; volitio carēs effectu p̄ncipal'r intēto.

**Eſt breuiter** Reſpondendum duplicem poſſe eſſe affectum: atq; volitionem exteriori carentem effectu principaliter intento: quidam eſt omnino intra ſopitꝰ. ſ. ad nullū exteriorē p̄cedēs actū. ⁊ de illo intelligunt̄ iura ad partē negatiuam ſonātia / talis em̄ effectus minime ſub iudiciali foro humano cadit. vbi ſcdꝫ allegatā ⁊ p̄batā p̄cedit: q̄ nō humanitꝰ de tali ſolo affectu h̄ntur: ſolius q̄dem dei eſt ſcrutari corda ⁊ renes. ¶ Alius vero

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ēſt effectus carens effectu principaliter intēto: ad aliquē tamē exteriorē actum imperfectū ꝓcedēs ſine operis ꝑncipaliter intēti executione. talis em̄ poterit in iudiciali foro humano puniri: ⁊ de eo intelliguñt iura partē affirmatiuā robo rātia verius tamē forte diceres effectū in tali foro effect⁹ illū exteriorē imperfectū puniri. prout mortis inſidias parare in marito vel ſacramētū dare ſuper prin cipijs nece: ⁊ ſic de alijs. An aūt lex humana mere interiorē affectū ꝑcipere vel ꝓhibere alibi ampli⁹ examinaui: hec huic ſufficiāt ꝓpoſite ſubiecteqꝫ materie.

Prima boni ⁊ mali radix eſt deliberatio atqꝫ conſenſus: illa conſulens: iſta exequēs. Utra qꝫ autem quandoqꝫ formalis: quandoqꝫ inter pretatiua: aut vna formalis ⁊ reliqua interpre tatiua. Quarū tam in bono ꝙ in malo potior eſt formalis. Et differenter: nam ad bonum moraliter re quiritur formalis: ad malum autē ſufficit formalis: aut in terpretatiua.

Quantum ad deliberationē primū notabile: deliberatio ē ipſi⁹ intellect⁹: cōſenſus aūt volūtatis. ¶ Eſt quidē deliberatio agēdi aut vitādi iudiciū: cōſenſus aūt eſt huic cōformis volitio. Hm̄ōi em̄ deliberatio quādoqꝫ tp̄s reqrit: qn̄qꝫ nō. Si agēdū aut vitādū fuerit in ſe vel circūſtātijs dubitabile: ad habēdū rectū ei⁹ iudiciū qn̄qꝫ reqrit̄ tp̄s pro cōditiōis operis ac etiā circūſtan tiaꝝ inueſtigatiōe: qn̄qꝫ nō reqrit̄ tp̄s: ſed inſtātanee haberi pōt ſcꝫ iā acqſito habitu: aut etiā vbi euidēs fuerit ꝓpoſitio practica: pōt his modis intellectus inſtantanee deliberare ⁊ eodem inſtanti voluntas cōſentire. Delibera tio ⁊ ꝯſēſus differūt.

Secundum notabile. duplex eſt delibe ratio. ſ. plena ⁊ ſemiplena. ¶ Plena q̄dē dr̄ iudiciū cōplete de circūſtātijs reqſi tis dictās. Semiplena per oppoſitū. ¶ Et adhuc ſemiplena hꝫ ſp̄es ſcd̄m ma iorē vel minorē a cōplemēto receſſum. ſcꝫ de opere cū paucior ib⁹ vel plurib⁹ cō ditiōib⁹ ⁊ circūſtātijs dictādo: aut nude. Eſt iteꝝ duplex ſemiplena: q̄dā mora lis: q̄dā ſenſualis. deliberationē em̄ appello moralē. ſ. de opere ſub cōditiōe mo raliter boni vel mali dictantē: ſenſualem autem voco dictantem de opere ſub conditione commodi vel incommodi nature. Delibera tio duplex plena ⁊ ſe miplena.

Tertiū notabile. duplex eſt deliberatio ſcꝫ formalis: ⁊ īterp̄tatiua. prima eſt agēdi aut vitādi iudiciū. Deliberatio aūt īterp̄tātiua dr̄ deliberādi facultas cū tp̄e ad deliberādū ſufficiente.

Concluſio. ad actū moraliter bonū requirit̄ formalis: ptꝫ ex Arl. re quirit̄ qd̄ opet̄ ſciēs. ſ. actual r aut vtual r vt infra patebit.

Secūda ad malū ſufficit interpretatiua oſtendo. nā qui habet tempus ſufficiens ⁊ medium inquirendi an iſtud vel il lud ſit licitum: omittens inquirere cum tali ignorantia culpabili contrā dei p̄re ceptum agens: peccat: nec tamē formaliter deliberat: eſt enim illic interpretati ua deliberatio: ſcꝫ facultas cum tempore ſufficienti deliberandi: quinimo quo rūdam opinione: poteſt pura omiſſio eſſe peccatum purleate ſcilicet excludēte iā volūtatis actū ꝙ itellect⁹: ꝑut cognitiōis neceſſariorum ad ſalutem omiſſio Delibera tio differē ter reqrit̄ ad bonū et malum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Duplr opꝰ pt dici ideli̅barū aut fieri idelibera̅te.

tempore pro quo eā poſſet habere: ⁊ teneret operari de quo infra. Pariter q̄ cōtra coſcientiā furat̄ dictātem nō eſſe furādum peccat: non tamen deliberat eſſe furādū: igit̄ cōtingit eſſe peccatū formaliter indeliberatū ſeu nō deliberate factū formali deliberatiōe. Huic adiūgo dupliciter opus poſſe dici indeliberatū aut fieri indeliberate: vno modo ſine deliberatione cui conformet̄: ꝯuis cōtradictorij habeat̄ deliberatio: alio modo indeliberate ſine alicuius partium contradictionis deliberatione. Sequit̄ corollarie omnem actum mere liberū eſſe deliberatum formaliter aut interpretatiue.

Cōſenſus duplex formal ⁊ interp̄tatiuus.

# Quantum ad conſenſum ſit primum notabile:

duplex eſt cōſenſus ſcꝫ formalis ⁊ interpretatiuus. ¶ Cōſenſus formalis eſt operis volitio. Cōſenſus aūt iterpretatiuꝰ dr̄ libera illiꝰ ꝑmiſſio: qd̄ volūtas impedire poterat: volūtas eni̅ libere opus ꝑmittēs fieri qd̄ ip̄edire pōt: ipſa dr̄ interp̄tatiue velle id opus fieri: pariter libere ꝑmittēs opus nō fieri qd̄ ipſa volente fieret: dicit̄ interpretatiue nolle fieri: aut velle nō fieri. ¶ Sequit̄ cōſenſuꝫ interpretatiuū nō eſſe aliquē poſitiuū actū: ſed liberā ꝑmiſſionē ſeu ipſam volūtatē libere (etiā ſine proprio actu) permittērē aliquid fieri: vel ipſum non fieri. Nec reſtringo vt ſolet ſcꝫ addendo qn̄ tenet̄. Dico eni̅ eſſe cōſenſum interpretatiuū etiā in quibus non eſt obligatio: fateor ab obligatione ſuam cōtrahere culpalitatem: ſic tacens conſentire videt̄ potiſſime quādo loqui tenet̄.

Cōſenſus q̄r ad bonū ⁊ maluꝫ generat̄.

# Concluſio prima. non eſt moraliter bonum

vel malū ſine cōſenſu formali vel iterp̄tatiuo: ꝓbo nō eſt moraliter bonum vel malū ſine libera omiſſiōe vel cōmiſſiōe: in omni aūt libera omiſſiōe vel commiſſiōe eſt cōſenſus formalis aut iterp̄tatiuꝰ vt ex diffinitiōibꝰ cōſtat igit̄ ⁊c.

Cōſenſus formalis ē interp̄tatiuo potior.

# Secunda concluſio. potius eſt formale

ꝙ iterp̄tatiuū: ſcꝫ in bonis melius: ⁊ in malis deteriꝰ: ꝓbo qd̄ bonitatis aut maliciē cōtinet interpretatiuū habet formale: ⁊ aliquid vltra per actum poſitiuum in formali exiſtente qui non eſt in interpretatiuo ¶ Grauius enim delinquit fortes ſciens id eſſe malum ꝙ ignorans culpabiliter: vſq̄ deuiat proximum poſitiue odiens ꝙ omiſſiue tantum videlicet non diligens. eſtq̄ deterius occidere ꝙ occiſionem non impedire: quod eſt interpretatiuum homicidium: ſi non pauiſti: occidiſti.

Motꝰ nō liberi ſūt in triplici differētia.

Tanta eſt libertatis ad bonum ⁊ malum vis: vt ipſius ſenſus aut voluntatis motus naturalis ſurrepens laude: aut vituperio careat: factus autem libere moroſus bonitatem vel maliciā induat ⁊ pleniorem quidem vſq̄ ad conſenſuꝫ perductus. ¶ Intellige bonum aut malum extrinſece valdeq̄ remote: potius ſcilicet bonitate vel malicia in libero conſenſu vero aut interpretatiuo volūtatis accepta ꝙ ipſi motui naturali contracta. ¶ Cuius quideꝫ more non tam diuturnitas ꝙ labendi periculum culpatur: quādoq̄ mortaliter: qn̄q̄ venialiter: plus vni ꝙ alteri: ⁊ plus aut minus breuiori vel lōgiori mora ſcd̄ꝫ ꝑſone qualitatē: penes quā

ſunt hi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt hi motus primo primus:ſecundo primus:⁊ delibera tus diiudicandi.

**Primum notabile.** Multiplex poteſt eſſe primitatis ordo/primo potentiarum ſubordinatarum:ſecūdo bonitatis vel malicie. ¶Quo ad primum:quoniā nihil eſt in intellectu(teſte Ariſtotele) quin aliquando fuerit in ſenſu/⁊ nihil in ſenſu interiore quin in ſenſu exteriore fuerit/ſcʒ loquendo de ſenſibilibus:origo eīn ſcientie eſt a ſenſu exteriori per ſenſum interiorem ad intellectum trāſeūdo. ¶Sic appetituū iſte eſt cōmunis ordo:poſito ſenſus exterioris motu ſurgit motꝰ in ſenſu cōmuni/poſt quem ſurgit motus in voluntate ¶In quolibet eīn iſtoruʒ graduū tria ſunt:ſcʒ cognitio:deinde motus appetitiuus/poſtremo paſſio. Exempli gratia in ſenſu exteriori ſenſatio obiecti prout circa famem in ſtomachi orificio/ſenſatio tedioſa quam cupit natura remoueri:pariter in organo venereoꝝ aut alia parte tactus aliq̄ titillatio. In viſu auditu ⁊c. ꝓprij delectabilis vel offenſiui ſenſatio. ¶Deinde ſenſationem ipām ſequit̄ illic quidā proſecutionis:aut fuge motus. ¶Poſtremo hos duos actus ſequit̄ delectationis vel doloris paſſio. In ſecundo pariter gradu ſcʒ in ſenſu interiori ex obiecti delectabilis vel offenſiui imaginatione:atq̄ recordatione ſurgit naturaliter motus proſecutionis vel fuge. Deinde ex illis duobus actibꝰ ſurgit ipſa delectatiōis vel doloris paſſio. In tertio ſimiliter gradu ſcʒ ſupreme potētie ſunt obiecti intellectio. deinde ipſe ꝓſecutionis vel fuge motꝰ deinde paſſio. ¶Quid autē virtutis aut vicij in tribꝰ illis gradibꝰ ſit reperibile. Dicit Iarſon circa primū gradum volūtatem nullum habere dominium/nec completum/nec incompletū/etiam eos ſingulatim cōſiderando/ita q̄ eos/nec impedire nec reprimere poteſt/quare in talibꝰ nullum eſt peccatum/nec mortale nec veniale. Circa autem ſm̄ gradū voluntas dominium quoddam hʒ:ſcʒ incompletū ⁊ imperfectum quia q̄uis non fiant per rōnis imperium:poteſt tamen voluntas ſi voluerit impedire ⁊ reprimere/non q̄dem ne inſurgant:ſed ne vlterius vſq̄ ſcʒ ad delectationem ⁊ conſenſum procedant/⁊ in talibus ſi deordinatio contingat/rationem peccati hʒ non/quidem peccati perfecti ⁊ completi/vt eſt peccatum mortale/ſed tm̄ incompleti ⁊ imperfecti quale eſt peccatum veniale. ¶Circa autem tertium gradum volūtas completum ⁊ plenum habet dominium ⁊ in illis eſt actus virtutis ⁊ peccati mortalis/non poteſt(inquit)eſſe mortale niſi in actibus q̄ ex imperio volūtatis procedūt. Contra id obijcio/nō plus voluntati ſubiacet ſenſus interior per modum imperij q̄ exterior vt ipſe concedit/ſubiacet igit̄ ſenſus interior dupl̄r. Uno modo q̄tum ad liberum voluntatis conſenſum/⁊ conſtat etiam voluntatem poſſe non cōſentire ſuggeſtioni atq̄ motui ſenſus exterioris. Secūdo indirecte ⁊ per accidens ſcʒ potētiam a conſideratione diuertendo/⁊ pōt etiā ſic ſenſum exteriorem diuertere per obiecti ablationem/aut per potentie remotionem ab obiecto/igit̄ ita erit incōpletū dn̄iū atq̄ indirectuʒ ad ſenſuū exterioꝝ motꝰ prout interiorum/igit̄ circa primum gradū poteſt indirecte eſſe peccatum/tum etiaʒ ex vtroq̄ motuū permiſſo contingit eminere periculuʒ incidendi ⁊ in veniale ⁊ in mortale:igit̄ voluntas eum reprimere negligens/vtroq̄ modorum omittere poterit/⁊ per conſequens circa vtrunq̄ graduum poterit tam veniale q̄ mortale accidere/poſſent enim titillationes carnis ⁊ huiuſmodi motꝰ in carne certis remedijs naturalibus extingui/vt ipſemet conſulit aſperſione frigide aque ⁊ alijs hmōi/quare indirecte ſubiacet libertati moderatio.

**Secundum notabile** circa ſecūdū primitatis ordinē.ſ.boni vel mali in motibꝰ nō liberis circa materiā ꝓhibitā aut aliā. Triplex tēpꝰ aſſignari pōt vcʒ dū ſurgit deide dū

Motus illi tres in q̄libet triuʒ potētiarū ſunt repibiles in earū piter quali bet ſūt tria vcʒ cognitio actꝰ appetitiuꝰ ⁊ paſſio.

Motꝰ triū potētiarū q̄d bonitatis aut malicie hʒ ordinatiʒ ſcʒ circa ſenſū exteriorē ⁊ interiorem ⁊ volūtateʒ.

✳ADDITIO. Senſus interior duplicit̄ ſubiacet.

Motꝰ triplex primo primꝰ ſcdo primꝰ deliberatꝰ. fo. 23.co.1.⁊.2.

e

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

continuat non repreſſus/abſqꝫ tamen libero cõſenſu ⁊ poſtremo perductus vſqꝫ ad liberũ voluntatis cõſenſu. Ille in hoc genere naturalium dici poteſt primo primus. Alter ſecũdo primus/⁊ tertius deliberat⁹: ſcꝫ extrinſece/nec refert an in ſenſu ſit mot⁹ ille mere naturalis/an in voluntate: qꝛ qđ de vno aſſerit etiam de alio verificatur.

**Quantum ad primum** ipſius motus ſtatum: dicit Anthonius florẽtinus parte. ij. titulo. v. cap. j. §. iiij. occurrente cogitatione gr̃a exempli luxurie qua ſurgit mot⁹ delectationis cum diſplicentia tamen rõnis ſeu liberi arbitrij: ibi eſt peccatum veniale: ⁊ hoc eſt inquit quod ait apoſtolus ad Romanos. vij. Non em̃ quod volo: bonum hoc ago/ſed quod odio malum hoc facio: ⁊ loquit̃ (inquit) de malo cõcupiſcentie ⁊ complacentie ſenſualis/qđ frequenter patit̃ animus in cogitationib⁹ turpibus/quod quidem lꝫ odiat ſecundum rõnem/patit̃ illud in ſenſualitate. ¶ Iſtud credo erroneũ. Tum primo cum nobis nolentibus inſurgant non ſunt voluntarij/igit̃ nec peccata/tum etiam in dormiente ſomniãte ſurgunt huiuſmodi motus ⁊ nemo diceret eſſe peccata/igitur a fortiore nec in vigilante cum diſplicent.

**Quo ad ſecundum de** motu naturali moroſo ſeu per moram cõtinuato: dicit prenominatus doctor moroſam cogitationis delectationem (exempli gratia) circa materiã luxurie eſſe peccatum mortale. Iſtud vniuerſaliter intellectum eſt pariter erroneum/cũ poſſit eſſe moroſa ſiue diuturna nõ ſubiacens libero anime arbitrio. Preterea contingit aliquem indirecte ad eam obligari: videlicet diuturnam de peccatis carnalibus indaginem facere cum longa eorũ cogitatione/ex qua ſurgit naturalr̃ delectatio q̃ moroſa atqꝫ diuturna erit prout ipſa cogitatio. ¶ Dicit enim beatus Tho. prima ſcđe. q. lxxiiij. Carnis delectatio dicit̃ moroſa non ex mora temporis/ſed ex eo ꝙ ratio deliberans circa eam moratur/nec tamen eam repellit tenens ⁊ volens libenter/que ſtatim vt attigerunt animum reſpui debuerunt/vt dicit Auguſtinus. xij. de trini. ¶ Dicit inſuper dupliciter eſſe defectum in directione interiorum paſſionum / vno modo quando imperat illicitas paſſiones ſicut quando homo ex deliberatione prouocat ſibi motum ire vel concupiſcentie. Alio modo quando reprimit illicitum paſſionis motum: ſicut cum aliquis poſtq̃ deliberauit ꝙ motus paſſionis inſurgens eſt inordinatus/nihilominus circa ipſum immorat̃/⁊ ipſum non expellit/⁊ ſecundũ hoc dicit̃ peccatum delectatiõis moroſe eſſe in rõne/qualr̃ iſtud intelligi habeat vt verum ſit/ſtatim dicam.

*Additio. Duplex defect⁹ i directiõe interiorũ paſſionum.*

**Quantum ad tertium: ſcilicet de motus** moroſi conſummatione per liberum conſenſum concedunt omnes circa materiam mortalem eſſe mortale peccatum/circa autem materiam venialem/veniale. Ueruntamen duplex poteſt eſſe conſenſus (loquimur de materia mortali) vnus in opus: alius in cogitationis operis delectatiõe. Exempli gratia poteſt qs fornicatiõi ꝯſentire aut etiã delectatiõi cogitatiõis ꝯſentire ſeu velle delectatiõnẽ cogitatiõis fieri nolẽdo etiã ipſam fornicationẽ. Narrat em̃ beatus Thomas opiniões duas ibidẽ articlo. viij. qdã (inqt) dixerũt ꝙ ꝯſenſus i delectatiõnẽ nõ ẽ pctm̃ mortale: ſꝫ veniale tm̃. Alij vo dixerũt eſſe pctm̃ mortale/quorũ opinio (inquit) eſt cõmunior ⁊ veriſimilior. ¶ Eſt (ait) cõſiderandum ꝙ cũ omnis delectatio ſequat̃ aliquã operatiõem: ⁊ iterum cũ omnis delectatio que habet aliquod obiectum/delectatio q̃libet poteſt cõparari ad duo: ſcꝫ ad operationẽ quã conſequit̃/⁊ ad obiectum in quo quis delectat̃/ſic igit̃ aliquis de fornicatiõe cogitãs de duobus põt delectari/ſcꝫ de ipſa cogitatiõe/⁊ de fornicatiõe cogitata. Delectatio em̃ de cogitatiõe ſequit̃ inclinationem effect⁹ in cogitationem: ⁊ qꝛ

*Cõſenſus i op⁹ ꝯſenſus i delectationẽ cogitationis ꝓpis. fo. 23 co. 2. ⁊. 3.*

cogitatio ipſa ſm ſe nō eſt peccatū mortale imo quādoq; veniale tm̄: puta cum quis inutiliter cogitat de ea: qn̄q; aūt ſine peccato puta cū aliquis vtiliter cogitat de ea vt cū vult de ea predicare vel diſputare: ⁊ ideo cōſequēs affectio vt delectatio de cogitatiōe fornicatiōis nō eſt de genere peccati mortalis: ſed qn̄q; eſt peccatū veniale: qn̄q; nullū: vnde nec cōſenſus in talē delectationē eſt pctm̄ mortale. Et ſm hoc prima opinio hȝ veritatē. Scd̄o aūt modo ſcȝ ꝙ aliqs cogitās de fornicatione delecteť de ipſo actu cogitato hoc cōtigit ex hoc ꝙ affectio eius inclinata eſt in hunc actū: ⁊ ita ſic cōſentire in delectationē nihil aliud eſt ꝙ̄ cōſentire in hoc ꝙ affectus ſuus ſit inclinatꝰ in fornicationē: cū nullꝰ delecteť niſi in hoc qđ eſt cōforme appetitui eius: eligere aūt ꝙ affectꝰ ſuꝰ cōformeť his que ſm ſe ſunt peccata mortalia eſt peccatū mortale: quare talis ꝯſenſus in delectationē peccati mortalis eſt peccatū mortale: vt ſcd̄a opinio ponit: ⁊ ita (inquit iſte doctor) ꝯſenſus in delectationē que ꝓcedit ex cōplacētia actus homicidij cogitati eſt peccatū mortale: nō aūt ꝯſenſus in delectationē q̄ ꝓcedit ex complacentia cogitatiōis de homicidio: hec ille. Ut igiť ſuccincte ſniam colligam liber fornicationis aut homicidij ꝯſenſus eſt peccatum mortale: ꝯſenſus autē ſeu velle potentiam delectari ex fornicationis vel homicidij cogitatione: quādoq; eſt veniale: quandoq; nullum peccatum.

**Dico iſtud indiſtincte et vniuerſaliter in**tellectū eſſe falſum. ¶ Quo enim ad primū mēbrū aliqs ꝯſenſus liber fornicādi vel occidēdi nō eſt mortalis: ptȝ qn̄q; eſt oīno indeliberatꝰ. ¶ Quo aūt ad ſecūdū mēbrū dico qn̄q; eſſe mortale peccatū hmōi delectatiōis ꝯſenſuȝ: ſcȝ ex tali ꝯſenſu piculo ruēdi in liberū ꝯſenſum deliberatū inſtāte: tūc nedū nō eſſet ꝯſentiendum fieri cogitationis delectationem: verum nitendum tam cogitationeȝ ꝙ̄ delectationem inde ſequentem reprimi aut exterminari.

**Quare pro reſolutione. Dico complacē**tiā plene deliberatā opis ſub mortali ꝓhibiti eſſe pctm̄ mortale. Complacētia aūt cogitatiōis gratia vtilitatis ſui vel ꝓximi eſt meritoria: niſi aliđ obſtet. Cōplacētia ꝟo cogitatiōis nimis moroſe (mora piculoſa cadēdi in opis ꝯſenſum) eſt peccatum mortale aut veniale ſm magnitudinē periculi ⁊ inutilitatis huiuſmodi cogitationis: ſi autem non ſit periculum: ſed ſola inutilitas vt de verbo iocoſo non eſt peccatum mortale.

**Dicit enim de tharantina diſtinctione** xxiiij. ſcđi ſniaꝝ. Cōplacētia ſurgēs in ſenſualitate circa luxuriā vel aliđ qđ eſt mortale ex ſuo gn̄e: ſi ratio ſupior ex ꝯſideratiōe diuini ꝓcepti vel offenſe dei ſtatim reprimit: tūc nō eſt niſi veniale. Si aūt non ſtatim reprimit: aut igiť expſſe cōſentit: ⁊ ſic eſt mortale: aut nō cōſentit expſſe ſed repmere negligit: ⁊ hoc dupliciter: qm̄ vel manet talis cōplacentia poſt ſufficientem deliberationē ⁊ animaduerſionem periculi: ⁊ ſic eſt mortale: aut nō manet: ⁊ ſic eſt veniale.

Nō eſt illud quo ad primā partē verū, nā ad reprimēdū fecit qđ debuit ⁊ potuit igiť nō manet penes hoc i eo pctm̄. ¶ Quo aūt ad ſcđam partē: dico (vt poſtea oſtēdā) qn̄q; ꝯſenſuȝ liberū nō eſſe pctm̄ mortale: qn̄imo nō eſſe peccatum.

✱ADDITIO. Nulli motus ipſiꝰ ſēſus exterioris vel interioris ꝟe liberi ſunt.

**Circa igitur** hāc difficilē mām de motibꝰ nō liberis q̄ mihi dicēda videnť dicam. ¶ Premitto īprimis nullos ipſius ſenſus exterioris vel iterioris motꝰ eſſe vere liberos: ptȝ nō elicitiue vt conſtat: nō etiā libere imperatiue vt ſupra oſtendi: nō ſunt efficiēter a volūtate neqȝ enim obiecto aut ſpecie ⁊ ſenſu debite applicatis atq; diſpoſitis impedire voluntas ſolo eius imperio ſenſationē aut cogitationē produci: ⁊ ipſa producta produci proſecutiōis aut fuge motū: ⁊ iſtis ꝓductis ꝓduci delectatiōis aut doloris paſ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Motuum treſ ille dr̄e ſunt ī tribꝰ aīe accn̄ti= bus reperi biles.

ſionē. ¶Quare in ipſis nō ꝓprie moralis bonitas aut malicia cōſiſtit: ī proprie aūt ſic .i. circa ipſos bonitate vcȝ vel malicia exiſtēte in voluntate libere aliqd circa talē motū cōmittēte vel omittēte: ſcȝ applicāte ꝓuocatiuū vel repreſſiuū omittēte. Scd̄o premitto triplicē illā motuū ꝑaſſignatā differentiam in tribus anime accidentibus naturalibus cogitatione: appetitione: ⁊ paſſione reperiri ⁊ in eoꝝ quolibet tres ſunt gradus penes fieri: moram: et conſenſum diſtincti: videlicet inſurgens: moroſus: ⁊ placens. quidam igitur in fieri vel circa quem voco inſurgentem: quidam cum temporis mora dictus moroſus: quidam cum mora conſenſus. videlicet libere placens voluntati: ⁊ ꝗ̄uis cōmuniter de delectatione locuti ſint doctores: non tamen in ea ſola id verificatur: poſſet eīm dolor ſenſualis aut timor retrahere ab agendis ⁊ ad illicitum inducere: quare culpabilis eſſe poſſet nimia mora.

## His premiſſis ſint propoſitiōes. prima

Motꝰ īſurgens motꝰ moroſus ⁊ deliberatꝰ circa mām mortalē qn̄ ꝙ nō pctm̄ qn̄ꝙ veniale qn̄ꝙ mortale.

primi gradus motuum circa materiam moralem: videlicet quando inſurgūt: quidam eſt non peccatum: quidam eſt venialis: quidam mortalis. ¶Primum oſtendo: poteſt adeo ex improuiſo ſurgere: aut a cauſa adeo forti: aut tā̄ breue eſſe tempus aut tam modicum eſſe rationis lumen: vt voluntas impoſſibiliter pro tunc impedire motum talem fieri ⁊ eſſe. Secundam partem probo: contingit intellectum anteꝙ̄ ſurgat motus eſſe preuidentem: ⁊ voluntatem preueniē do potentem impedire talem motum ne inſurgat remouendo cauſam: potentem nihilominus potentia valde tenui: aut cum periculo non ſufficienter probabili ad morale ſufficiente tamen ad veniale. Igit̄ motus ille nō liber ſurgēs ſic permiſſus eſt peccatum veniale in ſenſu ſupra accepto .i. eius permiſſio libera in voluntate. Tertia pars ſimiliter patet: exiſtente periculo probabili labendi in mortale ex illius motus permiſſione ſufficiēter preuiſi quem per remotionem cauſe voluntas impedire poteſt ne ſurgat: qui enim amat periculum peribit in illo.

## Secūda propoſitio. ſecūdi gradus mo

tuum videlicet moroſus non liber circa materiam moralem: quidā eſt non peccatum: quidam venialis: quidam mortalis (intelligo indiſtincte in ſenſu exteriori aut interiori aut potentia ſuperiori ſcilicet intellectu vel volūtate) he tres partes vt priores patent. Nam contingit motum valde notabili mora cōtinuari: cum forti cauſa per longam illam moram non impedibili a voluntate etiaȝ renitente poteſt pariter eſſe voluntati facultas ſed valde tenuis aut valde tenue ꝑiculū inſufficiēs ad mortale ad veniale tn̄ ſufficiens poteſt ⁊ ſubeſſe voluntati plena facultas cum notabili eius periculo labendi in mortalem conſenſuȝ igitur huiuſmodi moroſus motꝰ libere permiſſus viciabit̄ moraliter .i. eius libera voluntatis permiſſio.

## Tertia ꝓpoſitio. tertij gradus ideſt mo

tus nō liber circa materiā mortalē moroſus libere placēs ſiue cōſenſu conſummatus: quidā eſt nō peccatū. q̇dā veniale. q̇dā mortale. Probo. nā q̇dā liber volūtatis cōſenſus in materiā mortalē eſt nō peccatū ſcȝ indeliberatꝰ: q̇dā eſt veniale. ⁊ q̇dā mortale imo nō oīno īprobabilr̄: idē in cōſenſu libero plene deliberate ꝟificari ꝙ vcȝ cōſenſus plene deliberatꝰ in motū moroſum mortalē ſit mortalis cōſenſus plene deliberatꝰ in motū moroſum ſolū venialē ſit ſolū venialis: q̄re deliberatꝰ in motū nō peccatū ſit nō peccatū ſecꝰ de cōſenſu deliberato operis mortalis cuiꝰ eſt ille motꝰ remoue: ꝑut fornicatiōis homicidij ⁊ hmōi.

Motuū ſex modi examināt qbꝰ

Reſtāt incidētaliter examinādi ſex modi ab illo venerado doctore Jarſono aſſignati: volūtatis ad illecebrā ſiue voluptuoſaȝ ꝺlectatio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem: primo pōt ſe habere voluntas vt abijciens: ſecūdo vt preceps: tertio vt reprimens: quarto vt animaduertens: quinto vt negligēs: ſexto vt expreſſe cōſentiens. ¶ Primo igitur modo volūtas poteſt ſe habere vt abijciēs ſeu recuſans: ꝗd eſt nolēs hmōi paſſionē/ ⁊ ſic non eſt peccatū. ¶ Secūdo vt preceps vel ſubita/ ita ꝙ inſurgente paſſione voluntas non expectata deliberatiōe elicit quodam velle: licet imperfectum ⁊ ſic eſt peccatum veniale. ¶ Tertio vt reprimēs/ ſcꝫ aliquādiu permittens ⁊ tandem reprimēs/ ⁊ quo ad talem ꝑmiſſionem veniale propter aliquē conſenſum ibi deliberatum/ nō autem quo ad tempus repreſſiōis. ¶ Quarto poteſt ſe habere voluntas vt inaduertens ita ꝙ nec reprimit nec expreſſe conſentit/ ſed immoratur non bene aduertēs periculū ratiocināndo atqꝫ deliberando per leges ⁊ regulas/ ⁊ ſic eſt veniale ſolum etiam eſto ꝙ aliquis cōſenſus imperfectus.ſ. indeliberatus interueniret. ¶ Quinto vt negligens/ ſcilicet poſt debitā animaduerſionem periculi peccati atqꝫ ſufficientē deliberationem voluntas immoratur nō reprimens paſſionē/ ⁊ ſic eſt mortale peccatum. Sexto vt expreſſe atqꝫ deliberate conſentiēs ⁊ ſic eſt peccatū mortale.

voluntas ſe habet abijciēs ꝑceps repri mens inanimaduertens ⁊ negligens' et expreſſe cōſentiens.

**Quid veri hec dicta contineant declara**bunt ſex propoſitiones.

**Prima. voluntate ſe habente ad illece**bram circa materiam moralem vt recuſante/ cōtingit ibi remanere pctm̄ propter tepiditatem nolitionis nō ſufficienter efficacis prout eēt nolitio ſeu diſplicentia quedā inefficax aut nō ſufficiēter efficax. nec tamē dico illā illecebre nolitionē eſſe pctm̄ ſed omiſſionem efficacioꝛis qua potens eſt voluntas illecebram per cauſe ſubtractionem vel alio modo impedire.

**Secunda propoſitio.** voluntate vt ſubita ſe habente poteſt eſſe nullum peccatū: poteſt etiā eſſe mortale. ¶ Primum patet extante impoſſibilitate pro tunc deliberationis ex naturali cauſa partim abſorbente rationis lumen aut aliter.

¶ Scōm pariter oſtendo: habita deliberandi facilitate ⁊ obligatione ꝓpter eminētem peccati mortalis lapſum.

¶ Tertia ꝓpoſitio: volūtate ad illecebrā circa materiā mortalē ſe hn̄te vt repmēte pōt eſſe nullū peccatū: poteſt eſſe veniale pōt eſſe mortale. primū eſt notū reliqua oſtēdo cōtingit eā inſufficiēter reprimere atqꝫ torpēter illecebrā: hinc culpa contrahi poterit venialis aut mortalis ſecundum periculi qualitatem.

¶ Quarta ꝓpoſitio: volūtate vt dictū eſt in aiaduertēte pōt eſſe nullū peccatum pōt eſſe veniale: ⁊ etiā mortale. ¶ primū pꝫ/ vbi ꝓ tūc impoſſibilitaret aiaduertētia ſufficiēte aiaduertere. Scōm patet: exiſtēte pro tunc valde ardua difficultate ad veniale. Tertiū pꝫ: vbi cum periculo ꝓbabili ruendi in mortale eſſet ſufficiens reprimēdi facilitas: atqꝫ facultas animaduertendi ⁊ ratiocinādi de periculo ⁊ conditione illecebre.

¶ Quinta ꝓpoſitio: volūtate vt dictū eſt negligēte pōt eſſe veniale: pōt etiā eſſe mortale. patet/ contingit ſubeſſe tēporis atqꝫ facultatis ſufficientiā reprimendi motum: nonnunqꝫ tam modica ꝙ omiſſio digna erit venia: quandoqꝫ etiam tāta vt eam reddere mortalem ſufficiat.

¶ Sexta propoſitio: voluntate expreſſe atqꝫ deliberate cōſentiente dicendū vt infra ſcōm deliberatiōis cōditionē ſ. plene vel ſemiplene cū plena eſt mortale cum aliq̄ autem imperfecta poteſt eſſe veniale. ¶ Sequunt̄ ex dictis corollaria. pmū: idē motꝰ numero ſucceſſiue denoīatur primo primꝰ: ſcōo primus/ ⁊ deliberatus parit nō pctm̄ deide pctm̄ veniale deinde peccatū mortale: qn̄ em̄ inſurgit (volūtate tunc impotēte reprimere eſt nō peccatū/ deinde imꝑfecta adueniēte deliberatione cū aliquali ꝑtāte reprimēdi efficit̄ veniale. poſtremo ratiocinādo habita

Motꝰ idē ſucceſſiue erit primo primꝰ ſcōo primꝰ ⁊ deliberatus parit non pctm̄ dein de veniale deide mortale.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perfecta illiciti aut periculi cognitiõe cum facultate reprimendi: idē motus cõtinuatus mali iam induet mortalem: extrinſece quidē, vt ſupra dixi denoiatiõe ſumpta a libera voluntatis omiſſione reprimendi ipſum.

Motus vnus alterum alleuiat.

**Secundũ corollarium.** vnus motus alterũ motũ alleuiat: patet: difficultas volũtatē reprimere alterum. ¶ Duobus enim motibus p horã cõtinuatis volũtate potẽte vnũ illoꝝ per vnã horã repmere: ⁊ impotẽte per illã horã reprimere ambos. Dico vterq3 illoꝝ motuũ nõ repreſſus eſt pctm̃: cum non ſit de vno potior q̃ de alio ratio: tã grauis eñi eſſet vnus eoꝝ ſolitarius non repreſſus: q̃ graues ſunt ambo ſimul exiſtẽtes nõ repreſſi: quare mutuo ſe alleuiãt: tenetur enim voluntas reprimere vnum ⁊ non reprimit: quare omittit: analogia eſt de potẽte vnicum ab extrema neceſſitate releuare ⁊ duobus occurrentibus: neutri ſubuenit: dico vtriuſq3 omiſſio eſt peccatum: he due tamen omiſſiões in grauitate ſimul equantur grauitati omiſſionis ſubueniendi vni ſoli occurrenti.

Circunſtãtia diminuens aufert a grauiori peccato maiorem maliciam.

**Tertium corollarium.** aliqua circunſtãtia diminuẽs maiorē a peccato grauiori aufert maliciã. exempli gratia: deliberationis imperfectio motum blaſphemie ⁊ motum fornicationis reddit veniales, ⁊ ſic maiorem a primo q̃ a ſecundo aufert maliciam. ¶ Pariter adueniens mortali ex genere ⁊ veniali ex genere maliciam aufert mortalem a primo ⁊ non a ſcdo: malicia aũt mortalis oĩ veniali eſt maior.

**Quartum corollarium.** qui remiſſe motui illecebroſo renititur meret ⁊ peccat. meret renitendo. i. nolendo: ſiue huiuſmodi motum reſpuendo: peccat autem omittendo efficaciter motum reſpuere quem reprimere potens eſt: non dico illã remiſſam motus nolitionem eſſe meritum et peccatum: ipſa eñ eſt meritum cum ſit obiecti debiti: ſitq3 rationi conformis dictanti eſſe nolendum huiuſmodi motũ: nec eã viciat remiſſio: verũtñ nolitionis efficacis omiſſio pctm̃ eſt.

VSq3 adeo ad moral'r bonũ vel malũ neceſſaria eſt deliberatio: vt p ei⁹ carentiã aut imperfectiõnẽ circa quãcunq3 materiã mortaliter ꝓhibitã cõtingat dari volũtatis motũ formaliter liberũ nõ pctm̃: aut dũtaxat veniale: qũ aũt ſic: ⁊ qñ nõ arduũ eſt decidere et confuſum chaos: tũ ꝓpter materie difficultatem: tum ꝓpter loquẽtiũ varietatẽ.

**PRimum notabile.** Eſt triplex volũtatis motus liber: quidã formaliter deliberatus: quidam interpretatiue tm̃: qdã neutro modorum. ſ. cũ impotẽtia pro tunc iudicandi de conditione operis elicitus: exempli gratia, a vehementi paſſione vel alio abſorbente atq3 impediente intellectum iudicare de opis malicia vel bonitate: põt volũtas cũ ſola opis appheſiõe volitionẽ ei⁹ libere elicere. iſte igit̃ act⁹ liber nõ eſt aliquo mõ deliberat⁹ formalit̃ vel interpretatiue: non formaliter vt conſtat non etiam interpretatiue: cum iſte ſit ꝓ tunc impotens habere huiuſmodi agendi iudicium.

motuũ liboꝝ tres differẽtie. Motus liber ĩdeliberat⁹ circa materiam pcti an ſit pctm̃ ⁊ q̃le opiniones examinãt

**Secundum notabile.** Quibuſdã dicere placet circa mortalẽ materiã: volitionẽ liberã ſic ĩdeliberatã eẽ pctm̃ veniale ipſã aũt formal'r vel iterptatiue deliberatã eẽ mortale. ¶ Cõtra pmũ obijcio: illo mõ eſt malicie opis ignorãtia inuincibilis: cũ ꝓ tũc ex hypotheſi ſit impotens ſcientiam ſeu iudicium malicie habere: igit̃ excuſat op⁹ a toto: omniſq3 operis malicia tollit̃. ¶ Dices forte ignorãtiã habitualiter iuin

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cibilem a toto excuſare:nō autē vniuerſaliter ignorātiā ſolū actualr̄ inuincibilē Dicitur enim habitualiter ignorantiā mali vel alterius conditionalis. quando etiā habita conditionis operis apprehenſiōe non ſciretur hmōi cōditio:ita ꝙ querenti an ſit peccatū reſponderetur neſcio:ignorātia aūt actualiter conditionis operis eſt actualis iudicij carentia defectu apprehenſionis qua memorie occurrente querēti an hoc ſit malum:reſponderet ille ꝙ ſic. ¶Contra:ſequitur ꝙ ſine culpa impoſſibilitatus recordari iſtius vel illius precepti quod alias ſciuit:cui occurrent recordatione apprehenſiua ſciret:non ab illius impletione excuſaretur per ignorātiā inuincibileꝫ:cū nō ſit ex hypotheſi habitualiter ignorās:immo habitualiter ſciēs:illud aūt eſt erroneum alias pro tūc ad impoſſibile alligaretur etiam ſine culpa.

Ignorantia habitualr̄ mali vel alterꝰ conditionis. Ignorantia actualiter conditionis temporis.

**Tertium notabile.** doctor ſubtilis in tertio diſtin.xxxix.periuriū mortale ꝛ veniale diſtinguit:nō penes conſuetudinē aut frequētiā cōtra quoſdā:ſed penes deliberationē et indeliberationē:dicēs deliberatū atꝗ cū pleno cōſenſu eē mortale:indeliberate aūt factū:inquit:quātūcūꝗ frequēter fiat:cum actus meritorius reqrat ꝙ ſit plene humanus:hoc eſt ex plena deliberatiōe:ꝛ actus demeritorius nō minus requirat illud:non eſt enim deus pronior ad cōdēnandū ꝗ̄ ad parcēdum:pōt dici qḋ illud periuriū indeliberatū etiā quotienſcūꝗ iteratum nō eſt pctm̄ mortale. verum eſt tn̄ ſicut virtuoſus breuē habet deliberationeꝫ que nō videtur deliberatio:qꝛ habet prudentiā magnā qua promptus eſt ad deliberandū quaſi in tempore imperceptibili:ita poſſet aliquis ex habitu oppoſito acquirere facilitateꝫ deliberādi prōpte de oppoſito:ꝛ quaſi in tp̄e imperceptibili:ꝛ talis deliberatio eſſet ſufficiēs ad rationē peccati:ſicut ſufficiēs ad rōnem meriti. Hec ille. ꝗ ſe intelligat requiri deliberationeꝫ ad pctm̄ mortale qualē ad meritū:falſum eſt vt oſtēdi nec ſequit̄ deum eſſe proniorē ꝛc. ſed id accidit:qꝛ plus ad bonū ꝗ̄ ad malū requirit̄. Videntur igitur mihi he tres cōcluſiones ponende.

**Prima:motus** volūtatis liber circa materiā mortalr̄ ꝓhibitam oīno formalr̄ ꝛ interp̄tatiue indeliberatꝰ non eſt pctm̄:ſcꝫ ſine actuali malicie vel ꝓhibitiōis iudicio:ꝛ cum impotentia pro tunc ſciendi aut iudicādi ipſum eſſe malū vel prohibitū:ꝓbo. eſt pro tunc inuincibilis ignorātia vel neſciētia mali:prout fornicationis aut blaſphemie:aut periurij:aut hmōi prohibiti liber motus omnino indeliberatus.

Motuum liberorum deciſio.

**Secunda concluſio.** motus liber circa illā materiam formaliter aut interpretatiue deliberatione perfecta deliberatus:vcꝫ cum perfecta cognitione iudicatiua malicie vel ꝓhibitionis eſt mortalis. patet:plenam habet mali rationem ſine excuſabilitate a genere mortalium.

**Tertia cōcluſio:** motus liber circa illā materiā formalr̄ aut interp̄tatiue deliberatꝰ deliberatione imperfecta nō plene cōtinēte rōnem generis mortalis eſt pctm̄ veniale. ptꝫ: aliqs hmōi motus eſt liber non alicuius illorum duorū extremorū. igitur tenet medium.

**Primū dubium.** quo tupliciter accidere pōt deliberatiōis imp̄fectio. ¶Reſpōdeo dupliciter. vno mō ex parte formalis. Alio modo ex parte interp̄tatiui. ¶Quo ad primū dico qn̄ꝗ haberi imp̄fectū malicie vel ꝓhibitiōis iudiciū. imp̄fectū qdē aut defectu particularitatis:ſcꝫ ſolum in genere dictās eſſe malū:aut defectu firmitatis. ſ. dictās formidoloſe. aut quadā cōiectura leui atꝗ ſcrupuloſa cui nō ē inſiſtēdū dictās. nō debet enim prudens facile huiuſmodi ſcrupulis leuibus aures prebere.

Deliberationis imperfectio dupliciter accidere poteſt.

¶Poſſet igitur aliquo horum duorū modorū iudiciuꝫ eſſe adeo imperfectū:ꝗ cū impotētia habēdi aliud:quod nō ſufficeret ad mortale pctm̄: ad veniale autem ſufficiēs. ſic igitur queadmodū impoſſibilitas iudicij a toto excuſaret: ſic tāta



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iudicij imperfecto ex dei bonitate actui veniā malicie mortalis tribueret/ actū relinquēs venialem: veruntamen a non gradu perfectiōis iudicij ad ſumme perfectionis gradum procedēdo. remoue a quo latitudinis puncto deſinat eſſe veniale ⁊ incipiat mortale nouit deus: videlicet q̄ta ſit perfectionis iudicij latitudo ſufficiens: quāta ve requiſita ad mortale: ⁊ quanta ad veniale circa materiam mortalem.

**Quo autem ad imperfectionem ex par**te interpretatiui accidentem. ¶Dico oīmoda impotentia iudiciarie cognitionis malicie vel prohibitionis omnino tollit maliciam. ¶Perfecta vero iudicādi vel ſciendi hmōi maliciam vel prohibitionem facultas relinquit mortale. ¶Diminuta aūt facultas valde notabiliter ab executione recedens motui voluntatis libero veniam prebet circa materiā mortalē. ¶Ita igitur (paſſiōe aut alio ratiōne abſorbente) cōtingit eſſe tam tenue rationis lumen aut tantā eius diſtractionem/ aut ad aliud fortem fictionem/ vt propter tantā habendi iudicij difficultatem dn̄s deus (ſua bonitate nō ad nimis difficile volēs obligare hominem) dat motui libero ex huiuſmodi carentia deliberationis elicito veniaꝫ. quanta autem ſit facultatis atqꝫ potentie tenuitas efficiens veniale: quāta autem reddens mortale nouit ille qui noſtrarum infirmitatum miſertus hāc impendit miſericordiam.

Motꝰ primus volū tatꝰ an ſit peccatum gratia exēpli in vxorem in cibū aut huiuſmōi fo. 25. colū. 2. et. 3.

## Dubium ſecundum. an primus voluntatis motus ſit peccatum.

**Reſpondet guillelmus altiſſiodorenſis** in ſecūdo tractactu. xxviij. q. j. dicens indiſtincte primū voluntatis motum eſſe peccatum: ⁊ primus q̄dem motus ab eo dicitur ille quo homo mouetur volūtarie ad illicitum ante rationis iudicium ſiue deliberatiōem. primi quidem motꝰ inquit: ſunt in noſtra poteſtate in ſingulari et nō in vniuerſali. quoniaꝫ de quolibet primo motu poteſt quis vitare vt nō veniat: ſꝫ nullus poteſt vitare quin aliquis primus motꝰ aliquādo veniat: ita quod nequit diu eſſe quin inſurgat aliquis primus motus. ſicut nauta poteſt vitare quod aqua nō intret per iſtud foramē non poteſt vitare quin intret per aliud: ⁊ queſtione ſequenti cauſam ſubdit cur primus volūtatis motus qui voluntarius eſt ſit peccatum: quia ſcꝫ mouet ad illicitum. videlicet mouet animam humanā ad delectādum in re ſenſibili. ⁊ hoc facit ꝓpter fomitem qui ſemper mouet ad illicitum ſcilicet ad delectandum in re ſenſibili. cum enī debeat homo totum cor ſuum deo. non licet ei dare aliquam partem creature vt aliquo modo delectetur in illa. infert quod primꝰ motus in propriam vxorem eſt peccatum: tamē poteſt aliquis cognoſcere vxorem ſuam ſine peccato: ſcilicet quod ei diſpliceat omnibus modis carnalis delectatio. infert inſuper q̄ primus liberi arbitrij motus ad comedēdum eſt etiā eadem rōne peccatū. Motꝰ aūt ſiue in vxorem ſiue in cibū exiſtēs in vi brutali/ nō eſt pctm̄: q̄m nō eſt voluntarius. Qd̄ ſi queratur an primus volūtatis motus ad coeundū ſit mortalis in eo qui per electuaria: vt per diaſataron prouocat primos motus: cum illa prouocatio ſit mortalis. Reſpondet q̄ nō: quoniam q̄uis medicina ſit ſufficiēs inducere motum brutalem: nō tamē motum voluntariuꝫ. illi aūt primi motus. ſ. brutales nō ſunt pctā. ſed ſcd̄o primi ſunt peccata: q: ſunt volūtarij. Dicit inſuper primos liberi arbitrij motus nō eſſe in prohibitiōe: ſed bene in cohibitiōe. ⁊ ſi nō ſint cōtra legem dei ducūt tamen ad illicituꝫ. quod eſt cōtra legem. Dicit preterea aliquem primum motum eſſe in ratiōe ſeu in intellectu: ē duobꝰ modis. Primo cum quis mouetur ſubito per corruptionem rationis leuiter motu erroris in cōtrarium articulo fidei ſine deliberatione ratiōis

ADDI. † Primus volūtatis motus ad coeūdū an ſit mortalis in eo q̄ p electuaria prouocat p̄mos motus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

precedente:⁊ quia eſt ſine deliberatione precedēte:⁊ eſt in illicituꝫ ex ſola corru=ptiōe primus motus eſt venialis:ſi aūt eſſet ex deliberatione precedente eēt peccatum mortale. ¶Secūdo modo eſt pctm̄ in ratione:cum ſubito ⁊ ex corruptio=ne ſola delectatur ratio in aliā veritatē ꝙ̄ primā ꝙ ſi eſſet ex deliberatione ⁊ delectaretur magis in veritate creata ꝙ̄ increata eēt mortale.Hec ille.Ex quibus pꝫ eū motus primo primos ponere in ſenſu: motus autem ſecūdo primos in voluntate libera ſine iudicio rationis.motus aūt deliberatos etiā liberos in vo=luntate cum iudicio rationis ſiue cum deliberatione.

**Non mihi videntur illa dicta** omnia veritatem cō=tinere:que vt diſtin=ctius pateant ſint propoſitiones.

**Prima.poteſt voluntas ſingulos** ⁊ oēs illi⁹ generismotus reſecare.oſtēdo.nā per eum ſunt liberi:poteſt aūt oēm actum ſuum liberū ſuſpēdere vt ſupra mōſtraui.ſ.nulli cauſe mouēti prebēdo cōcurſum ſuū liberū.nec tēporis diuturnitas neceſſitat eā:immo repugnat/alias nō eſſent liberi. pōt igit̄ etiā diu ſine libero actu permanere:quare inualida eſt eius de nauta quo ad liberos voluntatis actus ſimilitudo:ſecus de mere naturalibus:nā volūtate vnū motū naturalē īpediēte p potētie ꝯuerſionē ad aliud:iā illo extincto ſurget ali⁹ huius obiecti motus naturalis aut alterius cuius nāliter occurret recordatio.

Delectatiōis ſenſibiliū cōtigit vſuꝫ eſſe licitū immo ſub obligatione cadere

**Secunda propoſitio.** nulla eſt illa culpabilitatis primi motus cauſalitas.ſcꝫ qꝛ mouet ad delectādū in re ſenſibili:oſtendo(teſte Ariſtotele)in vſu delectationū ſenſibiliuꝫ moderato cōſiſtit virtus.in eis em̄ cōtingit ſuperabūdare ⁊ deficere.⁊ per con=ſequens medium tenere:ſcꝫ eis vti conformiter ad ratiōem rectā in cibo/potu: melodijs ⁊ hmōi. Preterea vſum ſenſibiliū ꝯceſſit dn̄s:imo ꝑcepit.cōceſſit igit̄ ꝗ̄ neceſſario eoꝝ vſum ordinatū cōcomitant̄.ſ.delectatiōes ꝗ̄ nec volūtati ſubſunt pōt igit̄ qs licite velle i vſu moderato eoꝝ delectari. ¶Immo tenet̄ in caſu vel=le delectari.ſ.delectatiōe ad ſanitatē vel ad gn̄ationē:vel ad aliud ad quod ille obligaretur neceſſaria exiſtente.

**Tertia propoſitio.** nō īdeficiēter oportet primū liberi arbi=trij motū in vxorē vel ad comedenduꝫ eē pctm̄.pꝫ:ꝙ̄tū ex illa ꝓmitate nō icludit aliqd rōni recte diſforme.nec delectatio=nis cōditio eſt ſufficit eum viciare vt oſtendi.

**Quarta propoſitio.** primus rationis mot⁹ in erroreꝫ nō eſt pctm̄ oſtēdo.nā illi⁹ doctoris aſſertiōe mot⁹ ſenſus ꝓpter ei⁹ naturalitatē nō eſt pctm̄.⁊ talis eſt ille intellect⁹ motus: ſuppono eū nō eſſe libere a volūtate igit̄ talis rōnis mot⁹ iuolūtari⁹ nō ē pctm̄. Preterea abutit̄ iſte doctor vocabulo.Clarū ē em̄ gaudiū vel delectationē nō eē ipi⁹ itellect⁹ vt intellect⁹ paſſiōes:ſꝫ potētie appetitiue.ſ.appetit⁹ ſenſitiui vel rōnalis.ipi⁹ em̄ intellect⁹ paſſiōes ſunt formido:firmitas:claritas : obſcuritas: nō aūt ipe delectat̄ vel gaudet in ꝟitate:verū poti⁹ in aliq̄ veri deciſiōe atq; in=uētione deſiderata gaudet volūtas.tū ēt vt oſtēdi licit⁹ eſt delectatiōis vel gaudij ſenſibiliū vſus.⁊ eadē eſt rō de inſenſibilib⁹:q̄re dico poſſe ſine pctō eſſe pri=mum volūtatis motum delectationis vel gaudij:veritatis deciſe atq; reperte.

Uoluntarij attenuatio.

Pctm̄ ex ignorātia ex paſſione ex propria malicia.

**Conditio minuens voluntarium prout ignorātia aut alicuius impellentis iclinatio attenuat ipſius actus moralem bonitatem aut maliciaꝫ. Juxta quod hec peccatorū graduatio ex igno=rantia:ex paſſione:et ex propria malicia deriua**

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur. Peccatum ex ignorantia dicitur: cuius ignorantia eſt cauſa ſine qua minime fieret. Ex paſſione vero: cuius deter minata eſt inclinantis (prout paſſionis aut complexionis vel tentationis vel huiuſmodi) cauſa inſtigans ſine qua nõ fieret. Peccatum autem ex propria malicia dicitur pecca- tum non aſſiſtente tali ignorantia vel inclinatione alicuiꝰ inſtigantis commiſſuꝫ: ſcilicet quod (habito rationis iudi cio de eo vitando: nec alio impellente) committitur. Ipſuꝫ quidem eſt horum trium generum: ceteris alijs paribus de terius. Nam in eo eſt plena voluntarij ratio. Eorum auteꝫ minus graue eſt ex ignorantia: quoniam ipſa plus volunta rij quam paſſio tollit.

Ignorantia triplex qualr ſe ex cuſet aut accuſet.

**PRimum notabile.** Triplex ponit̃ ignorãtia: inuincibilis: craſſa ⁊ affectata. ¶ Inuincibilis eſt q̃ in aliquo manet: facto quod debuit. ¶ Craſſa atq̃ ſupina q̃ in aliq̃ relinq̃tur ex negligẽtia: nõ facto qđ debuit. ¶ Affectata aũt dicitur quã quis habere affectat: vꝫ nolẽs ſcire id cuius eſt illa ignorãtia. ¶ Prima excuſat a toto: ſecũda a tãto: ter- tia ſolet dici accuſare: nõ excuſare. Prima q̃dẽ totã tollit maliciam ſecũda: par- tem malicie: ⁊ tertia auget. ¶ Nõ caret tamẽ dubio tertiũ membrũ. nã ipa igno rãtia quantuncunq̃ affectet̃ diminuit de volũtario: etiã de cõtemptu interp̃ta tiuo: ideo dicẽdũ videt̃ operationẽ ipſam ex tali ignorãtia factã eẽ minus gra- uẽ q̃ cũ plena ſciẽtia. ipſa tñ opatio ex ignorãtia ⁊ ignorãtie affectio. q̃ ſũt duo pctã reddũt illũ magis culpabilẽ. ⁊ ſic eẽt intelligẽdũ ignorãtiã affectatã accu- ſare. De hac Job. xxj. ſciam viarũ tuarũ nolumus: vꝫ vt excuſationem peccati habeamus. vel ne a peccato retrahamur.

Paſſionũ triplex g̃dus.

**Secũdũ notabile.** iuxta triplicẽ ignorãtie ſpẽm poſſet nõ in cõgrue triplex aſſignari paſſio. ſ. inuicibi- lis: craſſa: ⁊ affectata. noĩe paſſiõis oẽ inſtigãs atq̃ ꝑnificãs ad actũ cõprehẽdẽ do. ¶ Paſſio inuicibilis eſt q̃ in aliq̃ remanet facto qđ debuit ad reſecãdũ. Paſ- ſio craſſa que manet ex torpore non facto qđ debuit. Paſſio affectata quam q̃s ſibi ineſſe affectat.

ADDI. Paſſio inuincibilis ⁊ Paſſio craſſa. Paſſio af fectata. Voluntarij minu tio.

**Cõcluſio.** cõditio minuẽs volũtariũ minuit bonitatẽ pariter ⁊ mali- ciã: pꝫ ex ãtedictis: illa eſt de potioribꝫ boni vł mali ꝯditio. ¶ Verũtñ caue fallaris: bonũ bono: aut malũ malo ſine aliorũ paritate cõpa- rãs. fiat in eadẽ ſpecie comparatio: ⁊ alijs ceteris paribus. cõtingit eñ homici- diũ diminute volũtariũ (qđ per hoc alleuiat̃) eſſe aliquo modice rei furto valde voluntario grauius.

**Primũ dubiũ.** Circa tripartitã illã pctõꝝ graduationẽ q̃liter illo rũ graduũ pctã ponunt̃ in diuinas patrari perſo- nas. ¶ Rñdeo appropriatiue: nõ quia vnũ peccatũ ſit vnius. ⁊ non alterius per ſonarũ offenſiuũ: id aũt eſt ĩpoſſibile: ſed q̃ eſt directe ꝯ aliq̃d illi pſone ſpãliter attributũ: quãuis tñ ſit oĩm pſonarũ eq̃litas: verũtñ pr̃i attribuit̃ potẽtia: filio ſapiẽtia: ſpũiſctõ bonitas. qm̃ igit̃ paſſiõis infirmitas oppont̃ potẽtie. hic pctm̃ ex paſſiõe: ſiue ex infirmitate dictũ eſt in pr̃em ꝯmitti: pariter ignorãtia obuiat ſcientie ſiue ſapiẽtie: iõ pctm̃ ex ignorãtia dicit̃ in filiũ. ¶ Malicia ſimiliter bo- nitati opponitur: idcirco ex propria malicia peccatum appellat̃ in ſpm̃ſanctuꝫ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Secundum dubium.** Incidentale circa precedens: cur peccatum in ſpiritum ſanctum vocetur irremiſſibile. ℂReſpondeo: non appellādū eſt tale contradictorie vel priuatiue: quia ſcʒ remitti nequeat in hoc ſeculo. nullū enim eſt huiuſmodi/ſed contrarie/videlicet quī directe eſt ꝯtra remiſſionis principium in remittēte que eſt dei miſericordia: prout deſperatio qua quis de diuina diffidit clementia/aut ꝯtra diſpoſitionem remiſſionis in peccante que eſt diſplicentia de peccato: prout peccatum finalis ipenitentie qua vult nō finaliter penitere. Pctm̄ in ſpm̄ſanctū cur dicaꝛ irremiſſibile.

ℂUeruntn̄ notetur dupl'r dici pctm̄ finalis ipenitētie. ſ. circūſtātional'r. ꝛ obiectiue. ℂPrimo q̄dē modo dr peccatū/cū quo quis ſine penitētia diſcedit. ꝛ iſtud nō remittetur nunc: nec in alio ſeculo. ipſum enim dr irremiſſibile ex conditione diſceſſus: nec oportet ipſum eſſe grauiſſimum: quinimmo cōtingeret eſſe veniale. Pctm̄ finalis impenitentie.

ℂAlio modo dr peccatū finalis impenitentie obiectiue. ſ. actus pro obiecto finalem habens impenitētiā: prout ꝓpoſitum nunq̄ penitendi: aut nolle deum fore ei finaliter miſericordē: ꝛ q̄uis iſtud ſit valde graue: pōt tn̄ (ſicut quodlibet aliud) per debitam penitentiam remitti in hoc ſeculo/ex amplitudine miſericordie dei promittentis q̄cunq̄ hora ingemuerit peccato/non recordabor omnium iniquitatum ſuarum.

Tria voluntarium impediētia enumerauit ariſtoteles: violentiam: metum: et ignorantiā (ad violentiā quidem quibuſcunq̄ difficultatibꝰ reductis) hinc bene operandi difficultas ſiue ex parte obiecti ſiue ex parte perſone ꝓueniēs virtutis bonitatem adauget: et oppoſitum maliciam diminuit: nam ex parte boni auget voluntarium: ex parte autē mali attenuat ipſum: cum ad illud voluntatem quaſi trahat aut inclinet: vbi enim maior pugna: glorioſior victoria: illic q̄ maior debetur corona. Uolūtarij tria impedimenta.

**Primum notabile.** Accidit quandoq̄ ex parte obiecti: quandoq̄ ex parte perſone bene operandi difficultas. ℂEx parte quidem perſone/quandoq̄ ſine culpa/q̄nq̄ ex culpa. ℂPropter quā nonnullis viſum eſt huiuſmodi difficultatem nō addere bonitatis vel meriti augmentum: alias per viciorum exercitium actus boni ſequētes redderentur meliores. ꝛ per exercitiū virtutū efficerenꝛ minus boni. Nā illic difficultas: hic aūt facilitas bn̄ operandi acquiritur. ꝛ ita culpa illi patrocinabitur ex eaq̄ lucrū reportabit: iſti autem oberit virtus/atq̄ ex ea reportabit incommodum: oberit religioſo diuturna in virtute perſeuerantia. ꝛ viliſſimo peccatori ſua diuturna obſtinatio: qđ videtur dictu periculoſum. nam retractiuum a bono: ꝛ impulſiuū ad malū. Difficltas bn̄ operandi poteſt ex multis ꝓuenire et multipl'r.

ℂSed in oppoſitū obijcio. Nam ab oībus concediꝛ difficultatē ex fomite/aut diſcraſia complexionis bonitatem atq̄ meritum augere: ſicq̄ colericum ieiunātem vel ſanguineum continentem/plus flegmatico mereri. ex culpa tamen originali contracte ſunt huiuſmodi pronitates. ℂDices: perſone difficultas ex natura aut ex culpa aliena proueniens auget: non autem proueniens ex culpa propria augmentat meritum.

ℂIſtud nō mihi verū videꝛ/tū p̄mo ex falſo eiꝰ fundamēto/nā ignorātia craſſa minuit/q̄ tn̄ eſt culpabilis, dices nō in rōne culpe: ſed qꝛ aufert de volun-

culpā

tario/ſic dicam illic diſpoſitionē difficultātem culpam attenuare nō rōne culpabilitatis ex qua contracta eſt: ſed quia difficultādo minuit de voluntario. Tum etiam ex dei miſericordia ⁊ liberalitate/ex qua pene ſunt in dubio reſtringēde ⁊ fauores ampliādi: ⁊ eius potiſſimū q̄ magis gaudet ſup vno peccatore penitentiā agente: ⁊ qui pollicet̄ quacunq̄ hora ingemuerit peccator/nō recordabit̄ oim iniquitatum ſuarū. Scio hec de culpe relaxatione verificari/ſed quis nouit nō extendi ad premiū eternū difficultationi emēdate reſpondēs/cui pariter facta eſt dei voluntas nota potiꝰ de culpa ꝓpria q̄ aliena/poſſet ne de vtraq̄ idē facere deus. ¶ Preterea huiuſmodi difficultas virtutum in gradu heroico conſiſtit. igit̄ nō tollit virtutis laudabilitatē. Amplius equanimis grauiū morborū tolerātia ex culpa emēdata ꝯtractorum laudabilis eſt atq̄ meritoria ꝓpter rei difficultatē: pariter equanimis tolerātia mortis ꝓ crimine ꝓprio irrogate/igit̄ originis culpabilitas nō impedit quin laudabilitatē atq̄ bonitatem adaugeat difficultas/⁊ quāuis his rationibus non deſit euaſio: ſunt tamen rationibus ad oppoſitum magis apparentes. ¶ Nō inconuenit enim ex culpa per accidēs indirecte aliquod deportari commodū/ſic dixit ſaluator noſter eſſe neceſſe ſcādala euenire. ſic profuit magdalene peccatorū multitudo ſcdm quā aucta eſt eius penitētia/ſic deniq̄ obeſt alicui ꝓcedēs virtꝰ occaſione cuiꝰ in ſupbiā extollit̄. ⁊ in aliorū contēptū ambulat in magnis ⁊ in mirabilibus ſuper ſe.

Difficultas ex culpa proueniēs auget meritum.

## Prima concluſio.

Adauget meritum difficultas etiā ex peccato contracta/nec minuitꝰ ipſum facultas exercitio virtutis acquiſita. vtriq̄ igit̄ eorum bene operāti omnia cooperātur in bonum hoc ex antedictis noteſcit.

Uirtutꝫ facilitatē inducere pōt culpa ⁊ vicij virtus.

## Secūda cōcluſio.

Poteſt ex culpa diſpoſitio ad virtutem facilitās contrahiꝰ/⁊ ex virtute diſpoſitio facilitans ad vicium.

¶ Probo, primo quātum ad corpus/poteſt ex culpabili exceſſu in libidinis actu cōtrahi corporis debilitatio/qua mens magis ad caſtitatē rēperat̄ ⁊ ꝓnificabit̄/⁊ ex laudabili delectationū in cōiugio experientia acquiri in organis diſcraſia ad libidinē ſtimulās/ſic ⁊ ex moderato ciboꝝ vſu acq̄ri qualitas ad irā vel libidinē ꝓuocās. ⁊ ita de alijs. Quo pariter ad animā cōtingit certū actum ꝓ vno tpe virtutem/ipſum vel ſimilē fieri pro alio tempore viciū ⁊ ꝯtra: quare habitus in anima ex eo vno tempore acquiſitus inclinabit alio tempore ad vicium: ⁊ e cōuerſo.

ADDI. * Meriti efficacia principalr ex tribꝰ ꝓuenit.

## Primum dubium.

Quis ſtatuum videlicet nature integre an lapſe ſit ad merendum potior.

¶ Reſpondet bonauentura efficaciā meriti principaliter ex tribus prouenire: videlꝫ ex difficultate operis. ex promptitudine voluntatis ⁊ ex magnitudine charitatis. Quo ad primā conditionem efficaciores ſunt virtutes nūc q̄ tunc: nunc enim magis impugnatur ⁊ impugnādo ꝓbatur/⁊ examinat̄ virtus q̄ tunc. Quantum autem ad ſecundā conditionē efficaciores fuiſſent tūc in merendo ꝓ eo quod voluntas quaſi continue fuiſſet in bonis operibus deo placentibus ſine retardatione/nūc autem ſiue ex laſſitudine ſiue ex ſurreptione frequenter ceſſat a bonis operibus: ⁊ intendit aliq̄n rebus nociuis aliquādo inutilibus. tum propter difficultatem ad bonum: tum propter ꝓnitatem ad malum. Quātum vero ad tertiam conditionem (inquit) aut fit cōparatio particularis perſone ad particularem perſonam: aut ſtatus ad ſtatum: primo modo ſe habent vt excedentia ⁊ exceſſa. Nam ſatis probabiliter credi poteſt quod aliqui huius ſtatus aliquibus illius ſtatus ſi ſtetiſſent maiorem gratiam atq̄ charitatem habent: aliqui minorem. ſi autem comparetur generaliter ſtatus ad ſtatum: non videtur vſq̄quaq̄ certum: ſed hec pars probabilior videtur: vt dicamus quod deus maiora munera gratie largitus eſt homini lapſo q̄ dediſſet homini in illo ſtat u perma

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nenti:tum remoue ex parte hominis qui maiori adiutorio gratie indiget: tum ex parte dei:quia decet deum de malo maius bonum elicere: tū ex pte mediatoris/qm̄ nūc habemus xp̄m mediatorē atqꝫ ꝯtinue interceſſorem.

¶Uult igitur iſte doctor habere tunc fuiſſe maiorez actuum frequentiam: nunc autem maiorem difficultatem ⁊ adiutorium maius.

¶Huic addo dupliciter poſſe intelligi ſtatum ſtatu potiorem:vno modo ſecuritate meriti.alio modo magnitudine.primo quidem modo ille fuiſſet potior/nā minus impugnatius:quare ſecurior.

Statꝰ duplicit pōt dici ad merēdum potior.

¶Secundo autem modo iſte(comparato actu ad actum eque intenſum)eſt potior propter difficultatem:comparata autem vtriuſqꝫ totalitate ille magnitudine fuiſſet potior tam intenſione actuum quam numero eorum ſiue frequentia: quoniam in illo innocentie ſtatu fuiſſet cōtinue mens ſine retrahētibus deo attenta:pro iſto autem ſtatu mille ſurrepūt fere ꝯtinue retardātia/q̄ homines deo raro attētos efficiūt:quare nunc eſt operū bonoꝝ raritas:tūc aūt frequētia. An aūt actus maiori grā elicitꝰ ſit magis meritoriꝰ vt in tertio diſtinctiōis mēbro tāgere videbaṫ bonauētura.dico ꝙ nō equalitate intēſionis retēta.

## Secundum dubium.

An difficultas diligendi inimicū augeat dilectionis bonitatem atqꝫ meritum ſupra amici dilectionem.¶Uidetur ꝙ non:quoniam ſemper illud eſt melius quod maiori malo opponitur/ſed amici dilectio odio amici opponiṫ:quod eſt grauiꝰ q̄ ſit odiū inimici. igitur dilectio amici eſt melior:ſed oppoſitū ex dictis.¶Reſpondeo ad dubium affirmatiue ceteris alijs paribus/iuxta gloſam Mat.v.Dilectionis cumulus eſt diligere inimicos.Alij hec duo addunt motiua/actus ille magis procedit ex charitate dei illud precipientis:cum non aliunde ſit motiuum.Tum etiam ex maiori conatu elicitur.

¶Dixi ceteris alijs paribus:videlicet ſint actus eque intenſi.ꝑ iudicium rōnis oſtēdātur circunſtantie amicitie ⁊ inimicitie:non ſit ad dilectionem inimici aliū de ꝙ fortius moueat:quā retrahat inimicitie oſtenſio:non ſit alterius circunſtātie aut precepti diſparitas.Hec nanqꝫ addidi.¶Ex quorum primo graduale intenſionis augmētū in dilectione amici poſſet ad equalem peruenire bonitatem cum dilectione inimici remiſſa eiuſdem ſpeciei cum illa.¶Ex ſcd̄o pariter dico: vbi neutra amicitie vel inimicitie circūſtantia oſtenderet voluntati contingeret dilectiones eorum tanq̄ proximorū eque intēſas eſſe equaliter bonas.

¶Ex tertio:multitudo beneficiorum ab inimico alias collatorum cū aliarum ꝑfectionum in eo amabiliū multitudine/poſſunt fortiꝰ trahere/atqꝫ magis ad dilectionē facilitare q̄ circūſtantia inimicitie oſtenſa retrahat ab amore: quare tūc non eſſet eius dilectio/dilectione alterius melior.¶Ex quarto.circunſtātia vane glorie vel alia poſſet dilectionem inimici altera non viciata viciare.¶Ex quinto.vbi ſic dilectioni inimici afficeretur vt eum preferret amico in ſubuentione/aut alio in quo teneatur amicum preferre hec impediretur eſſe altera melior multorū aliorū.diſparitas rem multipharia poſſet variare.

¶Sequuntur corollaria.Primum actus ſimplex quo quis diligeret inimicū ꝓpter amicū/eſt idem numero melior in ratione dilectionis inimici/q̄ in ratione dilectionis amici.¶Secūdum:eadē fortis dilectio qui prius fuit amicus: ⁊ nūc eſt inimicus ſcitus/talis eſt nunc melior q̄ preerat.patet.adeſt nunc difficultas que non preerat.¶Tertium corrollarium.Contingit fortis amici ⁊ platonis inimici(qui ſciantur tales)dilectiones eſſe eiuſdem ſpeciei ſaltem ineſſe dilectiōis: contingit pariter differre ſpecie.;primum patet de dilectionibus quibus ipſi vt proximi diliguntur/videlicet circunſtantiā amicitie ⁊ inimicitie pro obiecto non habentibus.

¶Secundum probo illis circunſtantijs in obiecto poſitis.Ad obiectionem igiṫ in principio dubij propoſitam/Reſpondeo negando maiorem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

metꝰ q̄d ad virtutem operet.

VIrtutem adauget metus: maliciā〈q〉ꝫ attenuat: metus quidem ſiue ſufficiens ſiue inſufficiens hoc eſt ſiue in virum conſtantem cadens ſiue inconſtantem. Quamuis igitur nullius mali pene metus reſpectu mali culpe eligendi ſit cadens in virum conſtanteʒ: ipſe nihilominus reatum alleuiat. Idem enim metus ab eodem. reſpectu diuerſorum pariter a diuerſis reſpectu eiuſdem eminens in virum conſtantem cadit: in virumqꝫ inconſtantem.

Opꝰ ex metu factum hʒ cōiter velle efficax ⁊ nolle inefficax.

PRimum notabile. Circa operationē ex metu factā duo ſolēt aſſignari voluntatis actꝰ. ſ. velle efficax operis atqꝫ abſolutū / ⁊ nolle inefficax ſeu conditionatum. Exempli gratia: mercator merces proijciens in mare pro nauis deone ratione (inſtante tempeſtate) volitioneʒ elicit efficacem. ⁊ abſolutam proiectonis mercium / alia non proijceret / cū volitione efficaci fieri habeat̄ proiectio. huiuſmodi tñ efficax ⁊ abſolutū velle ipſe non haberet niſi adeſſet tempeſtas: quare ſurgit quoddā nolle: qđ potius poteſt nolleitas appellari. alio nomine đr nolle cōditionatum hoc mō explicari ſolitū: nolle proijcere ſi non eſſe tempeſtas: de quo ſupra.

Voluntas coacta eſt voluntas.

¶ patet igit̄ verum eſſe Auguſtini dictum / voluntas coacta eſt voluntas: coacta quidē. i. ex metu inducta. Nam efficaciter operatio ipſa ⁊ efficienter eſt libere volita: quamuis ad volitionem illam efficacem inducat metus: qui nec vere cogit: quinimmo poſſet ſua abſoluta poteſtate velle id cuiꝰ eſt metꝰ ſubire: ⁊ nolle per operationem periculo ſuccurrere. Voluntarium igitur mixtū (teſte Ariſtotele. iij. ethicorum) plus de voluntario habet quam de inuoluntario: quinimmo eſt ſimpliciter liberum atqꝫ voluntarium: cum nequeat vere cogi voluntas a cā ſcđa ad proprios eius actꝰ modo quo ſupra declaraui.

Metus duplex.

Secundum notabile. Eſt duplex metus: ſcʒ ſufficiens ⁊ inſufficiens. Metus ſufficiens eſt quo quis ſecundum rectam rationem induci debet conſentire potius quam malum imminēs incurrere: ⁊ iſte appellatur metus cadens in cōſtātem virū ſiue metus iuſtus. Cuiuſmodi eſt metus maioris mali ad quod vitandum iuſte eligeretur minus. prout ſi a potente proponeretur alicui mors / mutilatio / ſeruitus / aut ſtuprum: niſi propriam veſtem tradat / aut ſimile aliquo illorum minus / ille eſſet metus iuſte ſufficiens traditioni cōſentire. ⁊ vir conſtans traderet. Sed metus inſufficiens dicitur quo quis ſecundum rectam rationem nō debet induci rei petite conſentire. Cuiuſmodi eſt metus minoris mali ad quod vitandum eligeretur maius: aut eligeretur minus / propoſitum a viro impotente: prout in precedenti caſu eligeretur vnum illorum quatuor ad vitandum incōmodum traditionis tunice cuius timetur perditio: ſi autem ad vitandum aliquod illorum quatuor eligitur traditio tunice propoſita ab impotente eam auferre: hic metus nō caderet in conſtantem virum.

*Metus ſufficiens quid ſit.

Metus inſufficiens.

Sequuntur corollaria. Primum in propoſito conſtans ſumitur penes electionem certi mali ad vitandum aliud conformiter ad rectam rationem: et inconſtans penes electionem mali ad vitandum aliud contra rationem rectam. ¶ Secundum corollarium. eiuſdem mali ab eodē ꝓpoſiti metꝰ eſt vni cadēs in cōſtātē virū: ⁊ alteri nō. imo eiuſdem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mali a diuerſis ꝓpoſiti met⁹ eſt eidē hoi reſpectu vni⁹ ꝓponētis cadēs in ꝯſtātē virū ⁊ nō ei reſpectu alteri⁹ ꝓponētis. Exēplū primi. vbi vnus duobus malum proponeret: quoꝝ vnus eſt potens ei reſiſtere: ⁊ alter impotēs. Exēplū ſcdi. vbi duo proponeret mala alicui potenti reſiſtere vni illorum ⁊ non alteri.

**Cōcluſio prima.** Null⁹ met⁹ mali pene reſpectu mali culpe ꝓpoſiti eligēdi ē cadēs i ꝯſtātē viꝝ ptȝ. null⁹ ē mali pene met⁹ quo q̄s ſcđm rectā rōnē debeat malo culpe cōſentire: poti⁹ eñ eſſent q̄cūqȝ mala pene ſubeūda quā cōſentire culpe de qb⁹. iij. Ethi. cap. j. dicit Ariſt. q̄dā aūt fortaſſis nō eſt cogi: ſed magis moriētū patientē duriſſima eſt aūt (inquit) difficile q̄nqȝ iudicare quale pro quali eligēdū. ¶ Pro hoc hāc pono regulā. Duob⁹ malis ſub diſiūctiōe ineuitabili ꝓbabil'r iminētib⁹ eſt eligēdū minus. Et dico repiri ineuitabilitatē talē inter duo mala pene: ⁊ tūc eligat̄ min⁹. q̄nqȝ etiā inter malū culpe ⁊ malū pene: ⁊ tūc eligat̄ ſcđm. Nunqȝ aūt īter duo mala culpe ſcđm ſe mala. ſ. q̄ nequeāt bñ fieri repit̄. bñ aūt inter duo mala culpe non ſcđm ſe mala: ſȝ ꝓhibita: ⁊ tūc hec alia habeat̄ regula. Maior obligatio deobligat a minori. Exēpli grā. iſtāte neceſſitate ieuitabili: ē licita brachij abſciſio ad vitādā mortē: quaꝝ q̄libet ſeorſum ē ꝓhibita. Ad vitādā eñ extremā inopiā excuſat⁹ eſt Dauid comedēs panes ꝓpoſitionis lege ꝓhibitos: ⁊ diſcipuli die feſto euellētes ſpicas. nā maiori obligatiōi cedebat minor. Dicit tñ Iarſon Dauid habuiſſe a deo reuelationē panū. ꝓut Sanſon ꝑhēs cū alienigena: aliter vterqȝ peccaſſet. ¶ Dicūt aliq̄ metū mortis cadētē in viꝝ cōſtātē oīno excuſare culpā in ꝓhibitis iure pure humano. pariter in ꝓhibitis iure diuino pure poſitiuo (morte i minēte ab extriſeco vt ſupra de Dauid) non aūt q̄ñ mors eminet ab extrinſeco: q̄m tyrāno ꝓponēte Dauid vel alteri ebreo ſub cōditiōe mortis comedere panes ꝓpoſitionis: vel carnes ſuillas peccaſſet comedēs nō mihi plȝ in ꝓpoſito hec diſtinctio. Inſtāte eñ mortis ꝑiculo ab hoſtib⁹ nō teneor domum egredi ad audiēdum miſſam: aut ad cōfitēdum: aut ad alia multa p̄cepti diuini opa ad q̄ eſſem alias obligat⁹: ⁊ tñ ab extrinſeco iminet mors. In caſu autē illo tyrāni nō modo concurrit de eſu carnium vel panum preceptū: ſed obligatio ꝯfeſſiōis fidei iſtāte materia q̄ fides alias cēſeret̄ ꝑ talē eſum negari.

Mal' duob⁹ diſiūctiue ieuitabiliter iminētibus.

Met⁹ mortis i qb⁹ excuſet ⁊ i q̄bus non.

**Scđa** ꝯcluſio: vtriuſqȝ gn̄is met⁹ v̄tutē auget: ⁊ minuit maliciā ptȝ: rētrahit a v̄tute ex q̄ eminēs eſt ꝑiculū: ⁊ ad oppoſitū vicia trahit: vbi autem maior impugnatio laudabilior victoria ⁊ caſus excuſabilior.

ADDITIO. Egredi domū non teneor ad audiēdū miſſā ſi mortȝ ꝑiculū ab hoſtib⁹ mihi iminet.

¶ De actuum conformitate ad rationem rectam. Capi. vij.



Irtutis auriga eſt recta ratio ſeu prudentia: ad quam operis boni conformitas: rectitudo: ſeu bonitas appellatur: difformitas autē obliquitas: ſiue malicia. ¶ Cum igitur intellectus ſit voluntatis regula: perſpicuum erit volūtatem intellectui ſe difformantem atqȝ contra agētem ſubuertere debitum agendi ordi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem periculo ſe exponere:ꝛ quod in ſe eſt facere: vt a recto recedat interpretatiue velle peccatum ſiue recta ſiue erronea fuerit conſcientia:deponatur igitur erronea:interiori mentis ſcrutinio:aut ſcripturarum inſpectione: vel prudentis viri conſilio:que ſi pro certo tempore minime deponi valeat:adducit impoſſibilitas excuſationem eius qđ vitari non poteſt.

Rōrecta qđ ꝛ q̄tuplex.

Practica ꝓpoſitio qđ cū ſuis adiacētibus.

**PRimuz notabile. recta ratio eſt** iudiciū intellectus verū. ¶Et duplex eſt: videlicet practicum ꝛ ſpeculatiuum. ¶Practicum eſt iudicium dictans aliquid eſſe agendum vel non agendum : cuiuſmodi eſt propoſitionis iudiciū cui participium gerundȳ inſerit̄:aut alia dictio debitum importans:prout debet obligat̄.ꝛ per oppoſitum appellat̄ ſpeculatiuū. ¶Se habent enim ordinatim hec quatuor. Propoſitio practica:iudicium practicum:habitus practicus:ꝛ intellectus practicus. Ex alia parte propoſitio ſpeculatiua:iudicium ſpeculatiuum. habitus ſpeculatiuus: intellectus ſpeculatiuus. ¶Exemplum primi:iſta propoſitio danda eſt elemoſina dr propoſitio practica:iudicium eius practicum. habitus ex iudicio genitus habitus practicus. intellectus habens eius aſſenſum vel habitum dicit̄ intellectus practicus. Exemplum ſecundi. hec propoſitio:homo eſt animal appellat̄ ſpeculatiua. iudicium eius ſpeculatiuum ꝛ ita de habitu ꝛ intellectu. ¶Ex his itaq̧ patet prudentiam ꝛ artem dictamina eſſe practica:ꝛ eorum habitus practicos. Prudentia diffinit̄ recta ratio rerum a nobis agibilium. Ars recta ratio reruz a nobis factibilium. Agibile dici ſolet operatio libera tranſiens factibile autē opus tanſeunte operatione permanens. vt domus:ſcabellum ꝛ hmōi:q̄re prudentia eſt iudicium dictans aliquam operationem liberam eſſe faciendam cū cōditionibus requiſitis ad bonitatem. Ars vero eſt iudicium dictans aliquod opus exterius eſſe faciendum cum circunſtantijs requiſitis ad ipſius rei artificialis perfectionē hec amplius libro de prudentia examinabo:pro nūc ſufficiāt.

Prudētia ꝛ ars.

Agibile qđ ſit.

Prudentie pariter artis duplex dictamen.

**Secundum notabile. tam prudētie quā** artis duplex eſt dictamen. Quoddam vniuerſale. quoddam particulare. ¶Uniuerſale appellat̄ generale:nō ꝙ ſit propoſitionis vniuerſalis:ſed q꞉ de materia ſine circunſtātijs particularibus dictat:prout eſt aggrediendum bellū: eſt ſubueniendum proximo. Dictamen autem particulare dicit̄ qđ de particularibus circunſtantijs dictat. prout eſt aggrediendū bellum tali cauſa:tali tempore. tali loco ꝛc. eſt ſubueniendum proximo ſic indigenti: hoc tempore : tali bono:tali modo ꝛc. In ijs debitis circunſtantijs ſtat executionis operis laudabilitas: q̄ ſi indebite fuerint viciant opus etiam alias bonum. Hic dicit Ariſtoteles ſermones vniuerſales valde certi ſunt ſed inutiles. ſermones vero particulares vtiles ſed incerti:ſcꝫ propter circunſtātiarum multitudinem inſpiciendarum quas quandoq̧ debitas ab indebitis diſcernere difficile eſt. hoc opus hic labor eſt:quanto dictamen plenius de circunſtantijs debitis dictat:tanto opus conforme eſt melius.

**Tertium notabile. actuz regulari actua**liter prudētia eſt ineſſe dictamē prudētiale:virtualr aūt regulari eſt fieri in virtute precedentis dictaminis, cuiuſmo[illegible] i ſunt opera multaq̄ue tranſeunte di

ctamin

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctamine continuant eius virtute.

**Quartum notabile.** conſcientia eſt dictamen moraliter practicum:eſt enim tam verorũ quam falſorum. Prudentia autem tantum verorũ. Syndereſis ponit eſſe principiorum practicorum. Conſcientia autem concluſionum ex eis deductarum: frequẽtius tamen ad vtrũq₃ extendit conſcientia.

Cõſciẽtia quid.

Bonitas moralis quid.

**Prima concluſio.** prout veritas obiectiua eſt conformitas rei ad propoſitionem:ꝛ falſitas difformitas/ſic bonitas moralis eſt operis liberi conformitas ad rõnem rectã prudentialem/ꝛ mala difformitas. p₃:opus reddit bonum quod fit q̃liter fieri d₃/ꝛ malum qđ fit aliter ꝙ̃ fieri debet. ¶ Prout igit non ſufficienter diffinit falſitas per veritatis debite eſſe priuationem/nã propoſitio impoſſibilis eſt falſa cui non eſt debita ineſſe veritas/ſic nec moralis malicia per rectitudinis debite ſibi ineſſe carẽtiã nam actui irrectificabili(cuiuſmodi communiter ponit odiũ dei) nõ eſt debita rectitudo/nec etiam volũtati eum habẽti pro tempore quo ad nullũ tenet actũ.

Cõſcientie obuiãs.

**Secunda concluſio.** agens contra propriũ intellectus dictamen/inordinate agit p₃:voluntatis regula eſt intellectus igit ipſa intellectui ſe difformans debitũ ſubuertit ordinem/periculo ſe exponit/ꝛ facit quod in ſe eſt vt recedat a recto. ¶ Hinc Paulus ad Romanos. Omne quod nõ eſt ex fide/peccatũ eſt. Ex quo ſumpta eſt trita regula. Omnis agens contra conſcientiã edificat ad gehẽnam:id eſt peccat. Exempli gratia:iudicans ſub peccato non eſſe leuãdam feſtucam leuãs peccat. ¶ Videbit forte aliquibus/agens in materia precepti/ꝛ in per ſe malis contra cõſcientiam erroneam non peccet. Exempli gratia/diligens pro nũc deum conſcientia dictãte ſub peccato nõ eſſe diligendũ/aut abſtinens a furto/aut fornicatione/cõſcientia dictante pro nũc deũ offendit niſi fornicet/aut furet/nõ peccet. ¶ Iſti decipiunt. ¶ Tum primo. verbũ apoſtoli eſt vniuerſale. ¶ Tũ ſecundo. quicunq₃ credens aliquid eſſe peccatum atq₃ dei offenſiuũ/vult illud:eligit peccare atq₃ offendere deum/igit peccat/ſed conſcientia erronea etiã in materia precepti dictãte aliquid peccatũ eſſe:ſc₃ eſſe peccatum/ipſe ſic faciens eligit peccatũ licet diligere proximũ/vel orare/vel nõ furari eſſe dei offenſiuum/ꝛ facit hoc credẽs eſſe pctm̃ ipſe ſic faciens eligit peccatũ atq₃ deum offendere:igit peccat atq₃ deũ offendit/in hac em̃ formali vł interpretatiua peccãdi atq₃ offendendi deum electione iacet ratio peccati:ſiue enim conſcientia ſit recta ſiue erronea/iſte qui credens eſſe peccatum(eo non obſtãte)vult illud:ipſe eligit peccare:ſc₃ formaliter vel interpretatiue:remedium igit vitandi peccatum eſt erroneam deponere conſcientiã:quod fiet ſcripturarũ inſpectione/aut matura conſideratione materie/aut prudentis viri conſilio. ¶ Sed contra obijcio. Primo: conſcientia perſone eſt lex priuata:lex autem dei publica atq₃ fortior:igit eis cõtrarie precipientibus obediendum eſt legi diuine/atq₃ ſe difformãdum cõſcientie erronee contrariũ precipienti. ¶ Secũdo non plus obligat conſcientia ꝙ̃ ſuperior/ſed ſuperore precipiente contrariũ legis diuine eſſet ei ſe difformãdum. igit ꝛ conſcientie erronee contrariũ legis diuine precipiẽti. ¶ Tertio. alias ille eſſet perplexus:nam agens vt illa conſciẽtia dictat peccat:q: legi diuine contrauenit:non agens autem vt dictat etiam peccat:quia contra conſcientiam agit. Reſpondeo:ad primum conceſſo antecedente negando conſequentiam pro vltima conſequentis parte:fateor enim eſſe magis legi diuine obediendum:ſed nego ſe eſſe difformandum conſcientie manenti:deponat conſcientia ꝛ legi diuine obediatur:conformans enim ſe illi diuine legi contra erroneam conſciẽtiam legi recte ſe conformat:ſed non recto modo erroneam igitur deponat conſcientiam:ꝛ diuine legi obediat. Eſt enim etiam diuina lex non ſe proprie conſcientie difformare:quare qui conſcientie etiam erronee ſe difformat diuine contra-

Cõſcientie erronee in materia p̃cepti cõtra agens an peccet.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nenit ſanctioni. Huic vnum ſubiungo pondere dignum quod recte conſideret qui populo contionant/⁊ attentius qui eos carpunt ⁊ imoleſtant. Conſcientia erronea aliquid dictante/gratia exempli/pro nunc eſſe fornicandum/plurimū refert dicere/qui illa conſcientia ſtante non fornicat peccat/⁊ dicere ipſe cōſcie͂tia ſtante tenet fornicari/dico primam propoſitionem veram/⁊ ſecundam erroneam. prima quidem vera eſt/nam ille peccat. p3/credens aliquid eſſe peccatum eligit illud ⁊ ſic vult peccare atq3 deum offendere. Secunde aute propoſitionis oſtendo falſitatem. Conſcientia eius erronea non eum abſoluit a precepto diuino obligante nō fornicari: igit ad id manet obligatus: tum etiam commune ſupereſt remedium/ſc3 deponere conſcie͂tiam/falſum eſt igit ipſum pro tunc obligari ad fornicandum. Huic propter nonnullos ſciolos concionatores aut idiſcretos inſiſto/vt noſcant quid pro quo/⁊ quid a quo ſit diſcernendum. Id non ſufficienter cōſiderauit beatus Thomas ſuper epiſtola ad Galathas. v. vbi dicit/habens conſcientiam' dictantem eum obligari ſub peccato ad obſeruantiam legalium tenet obſeruare legalia ⁊ tamen obſeruans peccat hec ſequentia ſunt eius verba reſpōdeo (inquit) dicendum quod eadem conſcientia durante tenet ſeruare legalia/puta ſi aliquis haberet conſcientiam quod niſi circuncideret peccaret mortaliter/ſic ipſe circunciſus ipſa conſcientia durāte peccaret mortaliter ſi non obſeruaret legalia: hec ille. Dico enim refert longe dicere obligat ſeruare legalia/⁊ peccat non ſeruans legalia: primum eſt falſum: ſecundum verum.

Cōſcie͂tia erronea aliqd dictāte refert dicere quenq3 obligari ſic agere aut nō ſic age͂te peccare.

✠ ADDITIO. Refert dicere obligat ſuare legalia: ⁊ peccat nou ſeruans legalia.

## Primum dubium.

an omnis ſe rationi recte ſpeculatiue conformās bn̄ agat. Reſpōdeo. nō/probo quādoq3 tenet quis illi ſe difformare: cuiuſmodi eſt hoc dictamen ego pecco. Sequitur corollarium/cum voluntas dei ſit dictaminis practici/volūtas autem beneplaciti ſit dictaminis ſpeculatiui/hinc non tenet viator vniuerſaliter voluntati dei beneplaciti cognite tali ſe conformare/voluntati autem ſigni precepti ut ſic/oſtendo. videns proximum fulgure occidi non tenet velle eum occidi/īmo contrarium/hoc tamen iudicium ſpeculatiuū eſt verum proximus occidet: vult pariter deus voluntate beneplaciti illum occidi/⁊ ſcio eum id velle: quoniam ſcio nihil fieri poſſe ſine eius generali cōcurſu: qui'e a volūtate eius beneplaciti non tamen tenor illi voluntati dei me conformare/ſed difformare in volito. ¶ Voluntas em̄ dei beneplaciti eſt qua ipſe vult aliquid eſſe vel fieri (ſub eſſe vel fieri comprehenſis alijs temporum differentijs) ad hoc enim genus volendi ſequitur concurſus efficientie dei: quare non eſt poſſibile ſine huiuſmodi velle aliquid eſſe vel fieri: de quo id verificatur dixit/id eſt voluit ⁊ facta ſunt. ¶ Voluntas autem ſigni eſt qua vult aliquid eſſe a nobis agendum aut vitandum: cuiuſmodi preceptorum atq3 conſiliorum voluntas. Corollarie ſequitur: quandoq3 voluntate beneplaciti vult aliquid fieri ⁊ non ſigni/cum enim fortes ſoluens ieiunium comedit/deus vult voluntate beneplaciti ſortem comedere: aliter nō comederet/non tamen vult eum comedere volūtate ſigni: ſc3 precipientis vel conſulentis.

Ferie vnde dicte.
Septem apud Hebreos fuerūt primo feſta.

**Secundum notabile.** Reperitur tripliciter accipi ſabbatū:primo pro quocūqꝫ feſto:ſecūdo ꝓ tota hebdomada:ſic dicebat phariſeus Luce.xviij. ieiuno bis in ſabbato. tertio ꝓ ſeptimo die hebdomade:de q̄ dr̄ Exod.xx.Memēto vt diē ſabbati ſanctifices:ſex dieb⁹ operaberis ⁊ facies omnia opa tua:ſeptimo autem die ſabbatum dn̄i dei tui eſt:nō facies omne opus tuū/⁊ filius tuus/⁊ filia tua/⁊ ſeruus tuus/⁊ ancilla tua/⁊ iumentum tuū/⁊ aduena qui eſt intra portas tuas.Illic duo tāguntur operū genera:quoꝝ vnū precipit:⁊ alterū prohibet.Primū ſpiritualiū ꝑ ſanctifices:⁊ ſecundum ſeruilium ꝑ nō facies omne opus tuum.

Sabbatū tripl̄r accipitur.
Sabbati ſanctificādi p̄ceptū duo includit.

¶Primum horū eſt finis ſecundi:ita q̄ operū ſeruiliū prohibitio fit ꝓpter liberiorē vacationē deo.Quo igitur ad primū notetur q̄ ſanctū(vt vult Origines)dicitur ſeparatum a cōmuni vſu ad dei cultum:⁊ ita huiuſmodi ſanctificatio eſt relictis ſupfluis curis cultui diuino ſpecialiter mancipari.ſ.ſpecialiter oblatione/oratione meditatiō e deū colendo.Quo auteꝫ ad ſcdm̄:exprimitur Leuitici.xxiij.a quo opere ſit ceſſandū:omne opus ſeruile non facies in eo.ſ.ſeruitute culpe vł corporis:ꝓhibentur igił peccatum ⁊ opus corporale:nam hec duo maxime a ſpeciali cultu quo debet quis illo die mancipari deo/retrahunt.

Quid dicitur ſctm̄.

**Sequuntur corollaria. Primum principalius** obuiat illi precepto ſeruitus peccati q̄ȝ operis corporalis alias liciti.probo:magis prohibitionis rationē participat opus ſeruile ſeruitute peccati q̄ȝ ſeruitute corporis:cum magis primarie intentioni ꝯtrarieł ſcilicet ſanctificationi atqꝫ mācipationi deo hinc aggrauatur peccatum tali die patratū nec ſolum grauius peccat:quinimmo abundātius tranſgreditur hoc preceptum qui aliquo genere peccati peccat die feſto/ q̄ȝ qui opus corporale alias licitum facit:vnde Augu.libro de decem chordis inquit:melius faceret iudeus in agro ſuo aliqđ

Sabbato obuiat p̄ncipał͞r op⁹ ſeruile aīe ſcꝫ pctm̄.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vtile ꝙ̃ ſi in theatro ſeditioſus exiſteret/⁊ melius femine eorũ die ſabbati lanã facerent/ ꝙ̃ ꝙ tota die in neomenijs ſuis impudice ſaltarẽt. Et ꝙ̃uis dicat btũs Thomas.ij.ij.queſt.cxxij.art.iiij. qui venialiter peccat in ſabbato nõ ꝯtra hoc p̃ceptum facit:quoniam peccatum veniale non excludit ſanctitatẽ/cum ſcʒ grãm nõ auferat:id non mihi videtur verũ:primo quidem:nã ꝯtingit per aliquod opꝰ ſeruile alias licitũ peccare venialiter ꝯtra preceptum illud de ſabbati ſanctificatione:tum etiam nõ quelibet illius precepti ſanctificatio eſt per gratiam: quare dico quẽadmodum peccãs peccato alias moꝛtali peccat duobus peccatis:ſcʒ illo/⁊ violatione ſabbati/ſic aggrauatur veniale venialiter/ita ꝙ per ip̃m alias veniale quis venialiter violat ſabbatum:patet igitur toties violari ſabbatum quoties quis peccat.cõmittens igitur duo alia peccata quater peccat/cõmittẽs tria alias peccata ſexies peccat peccãs vno igit̃ alias pctõ/ peccat pluribus peccatis:continue intelligo eum non per ignoꝛãtiam inuincibilem excuſari : peccans tamen opere non alias peccato poſſet vnico peccare peccato :non facio in partibus peccati vim.

Sãctificationi ſabbati an obuiet veniale.

Sabbatũ nõ violat̃ ꝑ actuum pure ſpiritualiũ exercitium.

## Secundum coꝛollariũ. Nullius actus

ſpiritualis exercitiũ ꝙ̃tum eſt ex hoc violat ſabbatum:prout in moꝛibus vel ſciẽtijs verbo aut ſcripto docere:pʒ:non eſt de genere operũ ſeruiliũ:pono non aliunde impedire cultum debitum:qui eñ de artium mechanicarum peritia ſillogiſant aut inter ſe cõſultant/q̃bus tempoꝛibus vel modis ſit ſeminãdum/aut inſerendum/aut colligẽdũ illi ſabbatum nõ violãt/ſed bene q̃ ſine cã rationabili coꝛpoꝛaliter has artes exercerent ſeminãdo ⁊c. Dicit glo. Numeri.xxviij.fabri ⁊ huiuſmodi artifices ociant ĩ die ſabbati. Lectoꝛ aũt diuine legis vel doctoꝛ ab opere ſuo non deſiſtit/nec tamen contaminacur ſabbatum . Diſtinguit tamen Richar.in.iiij.diſt.xxxvij.q.ij.ar.iiij.dicens opus habet iudicari ſeruile ex proximo ⁊ pꝛimo fine:non quidem accidentali quẽ agens preſtituit:ſed eſſentiali quẽ pꝛincipalius reſpicit ꝙ̃tum eſt ex parte ſua:illa igitur opera que tanꝙ̃ finem ꝓpꝛium atꝙ̃ pꝛoximum reſpiciunt tempoꝛale bonũ coꝛpoꝛis ipſius operantis/ ſũt ſeruilia etiã ſi materialiter eſſent ſpiritualia:quare ſi quis in coꝛde ſuo meditet̃ aliq̃d ſcientiale:⁊ hoc oꝛdinat vt ad pꝛoximum ⁊ pꝛopꝛium finem ad tempoꝛale lucrũ:illud opus eſt magis ſeruile ꝙ̃ liberale.⁊ ita ſi quis aliquod opus materialiter ſeruile faciat oꝛdinetꝙ̃ illud vt ad finem pꝛoximum ⁊ pꝛopꝛiuʒ ad bonũ ſpirituale ipſius anime/magis eſt liberale ꝙ̃ ſeruile ſaltẽ ꝑ reſpectũ ad agentẽ vt ſcribere aliquid non pꝛopter tempoꝛale lucrum/ſed pꝛopter edificationeʒ animaꝝ ⁊ ꝓpter diuinũ cultũ hec ille doctoꝛ. Sic igit̃ q̃druplex eſt opꝰ/q̃dã:mãr et ⁊ formaľr ſuile q̃ddã mãľr ⁊ formaľr libeꝝ/q̃ddam materialiter ſeruile ⁊ formaliter liberum/quoddam foꝛmaliter ſeruile ⁊ materialiter liberum non pꝛohibẽtur opa tã materialiter ꝙ̃ foꝛmaliter libera/foꝛmaliter.i.ex pꝛimo fine talia/ſʒ maxime pꝛohibẽtur ea que materialiter ⁊ foꝛmaľr ſunt libera ſeruilia ſimplicit̃: ⁊ per reſpectum ad agẽtem. Ab operibꝰ autẽ que ſunt materialiter libera ⁊ foꝛmaliter ſeruilia(inquit ille doctoꝛ)vt cũ aduocatus ſtudet ⁊ cogitat de his que vult cras pꝛoponere ꝓpter lucrum tempoꝛale:⁊ ruſticus de aratiõe terre ſue ꝙ̃ in craſtino vult arare:non ita aſtringitur homo in diebus p̃dictis abſtinere ab eis ſicut ab operibus materialiter ⁊ foꝛmaliter ſeruilibus:nã facilius eſt abſtinere ab iſtis ꝙ̃ ab illis:vnde per tales actus hõ non peccat moꝛtaliter niſi per hoc excluderetur vacatio illa quam neceſſario debet cultui diuino. Ab operibus autem que ſunt materialiter ſeruilia:⁊ non foꝛmaliter per reſpectum ad agentem non tenetur homo neceſſario ceſſare in diebus dominicis.hec ille.

Sabbati p̃ceptũ nõ p̃ualet ſubuentionis

## Pꝛima concluſio.

Sanctificationis dominice preceptum / precepto ſubuentionis ſibi vel pꝛoximo non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝑualet.in his que morã commode.non patiunť:quare opera ſeruilia huic ſer=
uientia minime ſabbato ſanctificationẽ violãt:patet iſtud eſt naturale ⁊ diuinũ
illud aũt poſitiuũ ⁊ iuris humani:nõ [obligamur] enim ad veteris legis feſta:
nec aliquid in nouo precipiť:eſt igiť humani iuris:hãc diſpenſationẽ recipere
põt ab homine:tam quo ad dei ꝙ operꝫ determinationẽ. vnde Joã.vij. Mihi
indignamini: qꝛ totũ hoiem ſaluũ feci in ſabbato:⁊ Matt.xij. Quis erit ex vo=
bis homo qui habet vnã ouem ⁊ ceciderit in ſabbato in foueã: nõne tenebit et
leuabit eã:hinc em̃ Machabei nõ ſabbatum contaminauerunt illo die pro ſui
defenſione pugnãtes.j.machabeoꝝ:nec Helyas a facie iezabel die ſabbati fu=
giens:nec diſcipuli die ſabbati colligẽtes ſpicas ad ſubueniendum neceſſitati:
ſic nec per alia corporalia opera ad ſui vel proximi ſubuentionem que cõmode
differri nequeunt ordinata:hoc enim eſt iuris ſtrictioris lege hmõi opera pro=
hibente. Prouerbioꝝ.xxiiij. Erue eos qui ducunť ad morte:⁊ Deu.xxij. Nõ vi=
debis bouẽ fratris tui:aut ouem errantem ⁊ preteribis:ſed reduces fratri tuo:
preualet igiť ſubuẽtionis ius:maxime de ea que morã non patiť: que nec com
mode differri nec preuenire poteſt:nõ enim ſemper requiriť extrema neceſſitas
modo ſit irrecuperabilis vtilitas gratia exempli(inſtãte repentina pluuia:vel
tempeſtate:vel hoſtibus)adduci poſſunt in horreum frumẽtum agrorum:fenũ
pratorum:hortorum fructus:⁊ alia quoꝝ imminet perditio vel notabilis dete
rioratio. Poſſunt fabri equis ferra iungere cum id cõmode differri nequeat nõ
nullis locis dominica mane agunť cauſe ⁊ iudicia:quibus pauperes alijs die
bus cõmode intereſſe nequirent:⁊ permittunť vendi in templorum cimiterijs
minuta:prout zone:gladij:fructus ⁊ alia hmõi que a pauperibus emunť nõ po
tentibus cõmode alio die vacare:veſtẽ a puluere aut luto mundare: paruũ fo=
ramẽ.claudere:vel clauſuꝫ aperire:⁊ huiuſmodi modica ſabbati ſanctificationẽ
non violãt. In arduis tamen prout in muroꝝ ciuitatis vel pontiũ reparatiõe
expedit prelati licentiã petere ſi mora hoc patiať ne ſcandalum oriať: quaten⁹
etiã examinať cauſe rationabilitas:non em̃ plus itineratio per campos ꝙ per
domum ſolitaria prohibeť modo cetera non omittãtur agenda.

ꝑcepto in hiſq̃ morã nõ patiũť.

ADDITIO.

Sic etiã leges apd ſũmũ latinoꝝ poetãꝝ Georꝫ. Sepe ẽt feſtis q̃dã exercere diebus Fas et iura ſinũt ſegeti ꝑtedere ſepẽ ⁊c.

## Sequitur corollarium. Strictiori prece=

pto tenebãtur iudei ſanctificare ſabbatũ ꝙ xpiani dominicã vel aliud feſtũ:pa
tet ꝓhibebať eis in ſabbato cibũ coquere:colligere ligna:vltra mille paſſ⁹ itine
rare:⁊ hmõi que nõ ſic in lege gratie prohibenť:fuit em̃ ſabbatũ in diẽ domini
cum ab eccleſia cõmutatũ:ne per illius obſeruãtiã iudaizare videamur: adiun
cta quorũdã arduoꝝ illo die geſtoꝝ cõgruitate.diſti.em̃.lxxv.ca.qꝺ die dr dies
dñica tãtis diuinaꝝ diſpẽſationũ myſterijs cõſecrata eſt vt qcq̃d a dño eſt inſi=
gne cõſtitutũ:in hui⁹ diei dignitate ſit geſtũ:in hac die mund⁹ ſumpſit exordiũ:
in hac per reſurrectionẽ ⁊ mors interitũ ⁊ vita accepit principiũ. hec de primo
ſanctificatiõis ſabbati mẽbro:ꝓ nũc ſufficiãt:ſcꝫ de negatiuo ſeu ꝓhibito. Quã
tũ aũt ad affirmatiuũ ſcꝫ ad q̃d agẽdũ qs die dñico teneatur.

Sabbatũ erat iudeiſ ſub ſtrictiori iure quã dominica xpianis.

Dñica die res ꝑclare facte ſunt.

## Secunda cõcluſio. habita vnius dei co

gnitione:creatoris:gubernatoris:ſumme benefactoris:ac infinite potẽtis:infi=
nite ſapientis:infiniteq; boni eſt iure naturali colendus:non autem obligatur
viator ad hoc quandocunq; occurrit dei recordatio:ſed iure poſitiuo prefixum
eſt colendi tempus:quibuſdam enim dicere placet hominem(omni lege poſiti
ua ſemota)teneri colere deum ſemel in ſeptem diebus:non profecto video cur
iure naturali fieret hec ad ſeptenarium potius ꝙ ſenarium aut denarium ta=
xatio.introductum eſt enim poſitiuo iure veteri ⁊ nouo ꝑpter certã rei decẽtiã
⁊ nõ debiti iuſticie neceſſitate diei em̃ prefixo.ſ.ſabbati iudeis ſub diuino ꝑce=
pto poſitiuo cadebat:diei aũt dominice determinatio chriſtianis ſub precepto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Miſſe an-diēde obligatio cedit iuri ſubuē-tiōis ſibivł primo.

habētē hūano cadit:pcipuꝰ em̄ ad deū cultus eſt:ī eū cōuerti ipſum cōfitēdo eē deū omnipotētē ⁊c. atqꝫ eū ſuper omnia amādo:preter hoc tñ nōnulla exterio-ra inſtituit eccleſia prout eſt miſſaꝝ celebratio:⁊ populi ad eas audiēdas con-curſus. de cōſe. di. j. c. miſſas:miſſas dñicaꝝ die ſecularibꝰ totas audire ſpeciali ordine pcipimꝰ:ita vt ante benedictionē ſacerdotis egredi populus nō preſu mat:quare ⁊ a fortiori obligant̄ ad hoc clerici. ¶ Ut em̄ ſupra dicebā:hec miſſe audiēde obligatio:obligatiōi cedit ſubuenīēdi ſibi:vel primo iudigēti in cor-poris vel fortune bonis:ſic eminēte in via hoſte:aut alio morbi timore:aut no tabili bonoꝝ fortune ab hoſtibꝰ aut furibꝰ pditiōe:aut inſtāte raptꝰ vxoris vel filie:aut mortis periculo:aut aggrauatiōe egrotātis cuiꝰ cōmiſſa eſt cuſtodia:

ADDI-TIO. Cōſtitutꝰ iter duo pce-pta ad illđ qđ maioris ē obligatio nis trāſire debet.

in ſimilibꝰ em̄ caſibꝰ viator die dñica a miſſe auditiōe excuſaret̄:teneret̄ nihilo minus in domo manēs deū interius colere. nō em̄ cuilibet eſt neceſſitatis ho-ras aut hmōi ſolitas oratiōes fundere. cū igit̄ qs inter duo pcepta ꝯſtituit̄ trā ſeūdū eſt ad illđ qđ maioris obligatiōis eſſe dinoſcit̄: qđ ſi equalis obligatiōis fuerint:expedit ad illđ trāſire:qđ maioris frugis eſſe apparet:circa qđ moueo.

Miſſe aut pdicatiōis auditio q̄ p-ſtet.

## Dubium primum. an preſtet miſſe vaca

re:an pdicatiōi. Reſpōderi ſolet ad pdicationē fructiferā (miſſa ptermiſſa) trā-ſeūdum:vbi nequit vtriqꝫ intēdere. Sed amplius dico cōtingit ex pdicātis vel audiētis cōditiōe miſſam eſſe precepti:⁊ pdicationē cōſilij:aut ecōuerſo pdica-tionē pcepti ⁊ miſſam cōſilij. cōtingit em̄ viꝝ eſſe peritū atqꝫ perfectū nō copiā frugis ex pdicatiōe reportaturꝝ. cōtingit aūt eū eſſe indoctū iperfectū multum cōmodi:⁊ purgatiōis ab erroribus ex pdicatiōe accepturꝝ ⁊ ſcđm hoc ad id qđ eſt pcepti tranſeat relicto conſilio (vtroqꝫ aūt exiſtente precepti) tunc inſtāte in compoſſibilitate tranſeat ad id qđ maioris eſt obligationis:qđ ſi equalis expe dit ad id qđ maioris eſt frugis tranſire.

Circūſtan-tia tpis p-ciſe adia-cēs an ꝯfe-rat.

## Secundum dubium. an temporis circū

ſtātia pciſe adiacēs imutet ipſiꝰ actꝰ bonitatē vel maliciam.

## Reſpondeo placet quibuſdā pars nega

tiua:prout de loco aſſerētibꝰ hūc actū volo fornicari nō grauiorē die dñica elici tū quā alia die:iſte aūt actꝰ volo fornicari die dñica eſt pcedēte grauior:⁊ eq̄ gra uis alia die ⁊ die dñica elicitꝰ. ¶ Dico vt prius tpis circūſtātiā etiā nō iformā-tem. ſcꝫ nō ingrediētē ipſius actus obiectū vere actū aggrauare:oſtēdo: ſpecia li phibitiōe phibet̄ illa die omne opus ſeruile. maxime aūt ſeruile eſt peccatū mortale:⁊ a fine auertēs:ppter quem eſt feſtiuitas inſtituta. ſcꝫ deo mācipari: hinc cōcludo:q̄ cognoſcēs diei ſolēnitatē tūc fornicat̄ nō pro volūtatis actu aſ-ſumēs tpis circūſtātiā grauiꝰ peccat q̄ſ ſimili actu die nō feſto eſto etiā q̄ p ali-qua illius diei parte fornicet̄ pro qua ad nullū virtutis actū obliget̄. vbi em̄ for nicatio eſſet actuū ad quos pro tunc obligaret̄ ip editiua:plus aggrauaret̄.

Circūſtan-tia modi a gēdi ex qbꝰ ſit đbitaāt indebita.

Cuicꝫ virtuti ſuus proprius competit modꝰ q̄ ſpāli ī re aut cōmodo vł detrimēto ⁊ huiuſmo di redditur ei debitus vel indebitus:augens aut minuens. Quandoqꝫ informans quando qꝫ adiacens ſecundum intellectus aduertētiā aut inaduertentiam:vel ſecundum voluntatis beneplaci-tum.

Primum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Primū notabile.modus dicitur proprie rationem atq₃ menſuram:vel formā ſignificare a quo moderari/modum ponere:modulus diminutiuum cātui attribuit modis debitis dearticulato/ꝛ modicus a quo modeſtus qui modum operibus imponit.Uarro. non eos optime vixiſſe qui diutiſſime vixerunt/ſed qui modeſtiſſime quandoq₃ tamen modeſtie nomen reſtringit ꝛ ſpeciali appropriatur virtuti circa exteriorē hoīs apparatum ponenti decentem modum/prout in locutione riſu corporis atq₃ membrorum motu:ſitu eorum/atq₃ habitu.In locutione quidem ſit non nimiū preceps/nec nimiū tarda/plus quidem in perſona prelature indecens eſt locutionis leuitas atq₃ precipitatio/aut facilitas nimia/plus autē in ſubditis ſermo nimium grauis aut tardus/nam quodammodo authoritatem indicat. Riſui pariter modum imponit.Riſus(inquit Seneca) ſi pueriliter effuſus/ſi muliebriter factus odibilem facit/riſus ſit ſine cachino/vox ſine clamore/inceſſus ſine tumultu.Eccleſiaſtici enim.xix.amict⁹ corporis ꝛ riſus dentium ꝛ greſſus hominis enunciant de eo.Adhibet itaq₃ corporis atq₃ membrorum motib⁹ modum/nimiam ſcilicet eorum tarditatem aut velocitatem / indecentem geſticulationem vel torſionem deuitans.vnde Seneca. ſi continens es/ꝛ animi tui ꝛ corporis motus obſerua ne indecori ſint/prout enim tradunt phiſionomiſte huiuſmodi corporis ꝛ membrorum motus pariter animorum motus ꝛ mores indicant.¶Imponit ſitui corporis ꝛ membrorum decentiam/indecoram excludens erectionem vel incuruationem aut alium ſitum mēbroꝝ ineptū. Eſa.iij. pro eo quod eleuate ſunt filie ſyon extēſo collo/habitui pariter debitū honeſtatis modum conſtituit.

Mod⁹ q̄dē q̄ pulchra ſit virtutis circūſtātia

* Modeſtia in locutione.

*ADDITIO. Corporis ꝛ mēbrorū motus ſm phyſionomiſtaꝝ traditionē īteriorum mot⁹ ꝛ mores īdicāt.

Concluſio prima.modus eſt circunſtantia vt ſupra dicebat ad ipſius actus bonitatem aut maliciam cōferens.probo/ contingit eam actum modificatum reddere recte rationi conformem vel difformem aut magis vel minus.¶Precipit obligato dicere horas attente pariter ꝛ deuote.Prohibet iudici precipitanter ſententiam ferre. peccatores ſunt fraternaliter monendi/quidam in ſpiritu lenitatis/quidam auſteritatis/prout edificationi atq₃ emendationi magis conducet modus iſte vel ille.¶Aliquid ironice dictum ſcandalizat ꝛ non ſerio vel econuerſo. Uoracitas ſanitati obeſt aut proli modus coniugum indebitus/modus autem oppoſitus prodeſt.Omnib⁹ igit̄ adde modum/modus eſt pulcherrima virtutis circunſtātia.

Secunda concluſio.contingit huiuſmodi circūſtātiā eſſe q̄nq₃ adiacētē q̄nq₃ informātē/id ꝯſtat cū poſſit volūtas libere eā ꝑ obiecto ſui act⁹ aſſumere aut nō aſſumere/ꝯtingit em̄ orōnē eſſe attentā ꝛ deuotā attētiōe ac deuotiōe nō reflexe ꝯſiderata vel ſi ꝯſideraī nō ſit volita cōtingit pariter eā eſſe reflexe volitā:prout volo attēte ꝛ deuote orare.

Modū ponere an ad ſpecialem ſpectet virtutem.

Dubium.an ad ſpālē virtutē ſpectet mod⁹. Rn̄deo:ad cuiuſq₃ virtut₃ prudētiā ſpectāt modū decētem ponere:put ꝛ alias circūſtātias circūſpicere q̄re eſt ſpālis virtut₃ moderatio.ſeu modi poſitio.¶Nec oīm virtutū ē mod⁹ vn⁹:ſ₃ tot diuerſi q̄t virtutes ſcōm materie ꝛ pſone varietatē.Ad hāc em̄ reducibilis ē mediū vel inſtrm̄ circūſtātia.ſ.quo ad opis virtut₃ executionē ꝑuenit:q̄nq₃ em̄ opib⁹ virtutū ſunt impedimēta variiſq₃ mediis remouibilia:ꝛ medio quidem indecenti opus virtutis factum viciatur/que iuſta ſunt iuſte exequerere/medium decentius circunſpicit prudentia prout minore labore fiat.paucioribus expenſis/et aliis huiuſmodi ſi res expoſtulet.

Circūſtātia mediū aut inſtrumēti ad circūſtātiam modi reducitur.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Finis qliť medioꝝ obligationeʒ ponit.

Finis non ex entis bonitate vel malicia: ſed pꝛopoꝛtionata vel diſpꝛopoꝛtionata eius ad opus atq; operis ad ipſum conuenientia redditur ei debitus vel indebitus: decoꝛans aut vicians: augens vel minuens. Quandoq; infoꝛmans quandoq; adiacens. Sicq; vni operi finis debitus eſt alteri indebitus varia rerum habitudine: contingit itaq; fine bono op⁹ viciari. Ex fine naſcit̃ medioꝝ obligatio niſi eoꝝ ſit maioꝛ: obligatiõi finis repugnãs: id addo: qm̃ nõ cuicunq; licet finis: lʒ oẽ mediũ etiam ⁊ neceſſariũ: nec cuicunq; pꝛecipitur finis: pꝛecipitur omne mediuʒ illi neceſſarium: nec cuicunq; interdicitur finis omne mediuʒ ad eum conducibile interdicitur: ⁊ hoc quoniam contingit medij ⁊ finis vnuʒ pꝛecipi altero pꝛohibito: vbi maioꝛi obligationi cedit minoꝛ.

Intẽtio et electio diſferũt.

## Primuʒ notabile. vt ſolet dici in

tentio eſt finis: electio autẽ medij ad finẽ. ¶ Quibuſdam tamen dicere placet intentionem eſſe qua aliquid ꝓpter ſe ⁊ electionem qua aliquid pꝛopter aliud diligitur: acceptio pꝛima eſt aptioꝛ. Dico actum eundum ſcilicet qui eſt finis: ⁊ medij ad finem) eſſe intentionem et electionem: ille aũt qui eſt medij eſt electio tantum: ⁊ qui ſolius finis eſt: eſt duntaxat intentio. In finibus pariter ſuboꝛdinatis volitio vnius finium medioꝛum eſt reſpectu finis ſequentis electio ⁊ intentio reſpectu pꝛecedentis.

Finis qđ ⁊ cui ꝯpetit.

## Secũdum notabile. ſolet diffiniri finis

eſſe pꝛopter quẽ aliquid fit: ⁊ dico cuilibet appetitui cõpetere. tã naturali: ſenſitiuo q̃ rationali finis deſcenſus coꝛpoꝛis grauis eſt quies in medio mundi. finis bruti aĩalis cibũ vel potũ querẽtis eſt ſui cõſeruatio finis opis liberi ẽ quẽ volũtas pſtituit: ⁊ de hoc tertio genere pꝛeſens eſt conſideratio.

Finis duplex vn⁹ ſb pcepto alť ſb arbitrio Intẽtio cõdẽtis legẽ an ſub pcepto cadat.

## Tertiũ notabile.

duplex eſt hui⁹ gñis finis: vn⁹ iuris: alter pua te volũtatis. Ille dicitur quẽ opi pſtituẽduʒ oꝛdinauit ius ſeu volũt.. s ipʒ cõdẽtis. Et duplex eſt: qđã iſoꝛmãs ius: qđã adiacẽs. Appello iſoꝛmãtẽ. ſ. ſub obligatiõe cadẽtẽ. ita qđ iure caueať de hmõi fine pſtituẽdo adiacẽtẽ aũt ſeu explicitũ quẽ itẽdebat apđ ſe legiſlatoꝛ: ñ tñ ſub expſſa iurʒ obligatiõe hmõi finẽ vł itẽtionẽ poſuit. Sʒ qꝛ ius nõ ſemp ad ei⁹ obſeruãtiã obligat ſcđʒ oẽʒ legiſlatoꝛis rectã itẽtionẽ. potuit eñ multiplex rect⁹ finis tacit⁹ a legiſlatoꝛe pſtitui legẽ ꝯdẽte. legi tñ ſatiſfacit q̃s: eſto q̃ nõ eo fine vel intẽtiõe legẽ obſeruet quo vel qua fuit cõdita: dei eñ pcepta ferẽtis finis atq; intẽtio fuit viatoꝛẽ mereri: nihilominus nõ ad cuiuſcunq; pcepti diuini obſeruantiã requiritur mereri cum extra gratiam acquiratiue: ⁊ iuſte pcepta multa q̃s iplere valeat. Alius eſt finis priuata volũtate pꝛeſtitutus ⁊ tãte libertatis eſt volũtas: vtcuicũq; operi quẽcũq; finẽ pſtituere valeat: põt eñ opi aliũ pſtituere finẽ q̃ natura: aut q̃ appetit⁹ ſenſitiu⁹ aut q̃ ius pꝛeſtituat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Quartum notabile:** cauſe finalis a volūtate pſtitute cauſalitas conſiſtit in cauſalitate efficientie volitionis vniꝰ ex volitiōe alteriꝰ (nomine volitionis comprehēſa nolitione) ex hoc em̄ dicit̄ finis mouere agēs ad media fini cōducētia. Sequunt̄ corollaria. Primū mouere nō eſt finē agere/cū frequēter nō ſit in rerū natura finis ille/eſt igit̄ amorē finis volūtati coagere ad mediȷ acceptionē ſeu volitionē tāq̄ cōducibilis ad finē. Secūdū: finē mouere in ꝓpoſito actū aīe interiorē importat. Pariter hec dictio ꝓpter ꝑut hoc v̄bū volo/alit̄ (fine nō in rerū natura exiſtēte) ſal ſe eſſent he ꝓpoſitiones/opus iſtō ꝓpter iſtū finem fit: hic finis mouet agēs ꝛc. ¶Tertiū corollariū certi operis finis pōt preſtitui tā volitꝰ q̄ nolitꝰ/ſanitatis em̄ volitio volitionē potionis amare cōcauſat pariter odiū mortis eādem comproducere poteſt/ſic verificant̄ he propoſitiones/propter ſanitatem ſumit ſortes potionem amaram/propter mortem ſumit ipſe potionem amaram: ſcȝ propter ſanitatem volitā ꝛ propter mortem nolitam potionis/igit̄ amare finis poteſt eſſe ſanitas volita/pariter ꝛ mors nolita.

Finalis cāe cālitas i q̄ cōſiſtat.

**Quintum notabile:** duplex eſt medium. ¶Quoddam ad finem nullo modo; conducibile ad quem ordinat̄/ꝛ dupliciter quoddam prohibet̄ in illum finem ordinari/quoddam nō. Leuare feſtucam/ pariter certos ferre caracteres/neutrum eſt medium ad ſanitatē conducens. p̄mū non prohibet̄: ſecundū ſic tanquam ſuperſtitioſum: illud quidem eſt vanū: iſtud autē pernicioſum. ¶Aliud autem eſt mediū conducibile in finē/ꝛ ē duplex/quoddam prohibitū/quoddā non: eſto em̄ proximi innocētis mors ad ſaluandam vitā propriam conduceret/interdicit̄ tamen mediū illud/reubarbari autem moderata ſumptio eſt conducibilis nec interdicit̄. Preterea huiꝰ generis mediorū ad finem cōducibilium quoddā precipit̄ ordinari/quoddā nō/ſed ſub ꝯſilio aut bn̄placito manet/potiſſime quādo cōſiliȷ aut īdifferētis eſt ipſius finis adeptio.

Finis mediū pōt eē duplex.

*ADDITIO. Mediū cōducibile in finē eſt duplex.

**Prima concluſio.** finis non ex entis bonitate vel malicia: ſed proportionata vel diſproportionata cōueniētia ad opꝰ reddit̄ debitꝰ vel indebitꝰ ꝓbo/certū mediū in ſe licitū contingit certo fine licito eſſe illicitū mediū/pariter certū mediū in ſe illicitū effici neceſſitate finis licitū. ¶Primū pȝ ꝯtingit opꝰ in ſe licitū nō eſſe ad illū finē ꝯducibile immo illi fini licito obeſſe/vel ſi ꝓſit ꝯtingit interdici illi fini preſtituēdū dare em̄ vel mutuare ꝑimo pecuniā eſt bonū obtinere pariter beneficiū eſt in ſe bonū: illud tn̄ nō eſt huic fini licitū mediū ſic igit̄ finis in ſe bonꝰ viciat opꝰ in ſe bonū/fateor tamen hic finis nō illi medio eſt bonus finis/nec illud mediū eſt iſti fini bonū mediū/ſic in multis exēplificari poſſet. ¶Secūdā partem probo (fine ſub precepto cadente ſtrictiori q̄ prohibeat̄ medium) ſic ipſius finis neceſſitate medium fiet licitum alias illicitum/minorem enim obligationem tollit maior. Exempli gratia: brachiȷ amputatio inſtante neceſſitate vite non alias ſaluande) efficit̄ laudabilis que foret aliter iniqua. ¶Corellarie ſequit̄. Duorum in ſe licitorum vnū eſſe vni fini licitum medium/ꝛ alterū illicitū/pariter duorū finium in ſe licitorum vnū eſſe vni medio illicitū finem ꝛ alterum licitum: pȝ. contingit illic eſſe habitudinem a ratione recta diſcrepantem ꝛ hic conſonam. ¶Non igit̄ ex extremorū bonitate/ſȝ ex eoꝝ recta habitudine ꝯſurgit ratio bonitatis relatiue mediȷ ad finē vel finis ad medium.

Finis vn̄ opi fiat debitꝰ aut indebitꝰ.

Finis in ſe bonꝰ q̄nq̄ opꝰ viciat.

Finis obligatonē cōtingit eſſe obligatione mediȷ maiorē q̄n̄ q̄ aūt minorē.

**Secunda concluſio.** nō ſemp ex fine orit̄ quorūcūq̄ mediorū obligatio probo. cōtingit mediorū maiorem prefuiſſe obligationem contrariam/ſcilicet mediȷ aut finis vno prohibito ꝛ altero precepto. ¶Dico ergo/finium quidam ſub precepto eſt/quidam ſub cōſilio/quidā ſub indifferenti/finiū primi generis/quidā pro tunc non habet mediū poſſibile: ꝛ hinc in eum cadit excuſatio: quidā mediū hȝ pro tūc poſ-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſibile:ꝛ dupliciter. nā quidā hꝫ licitū:ſic nō eſt difficultas:qdā aūt hꝫ non tñ liſe licitū:ꝛ dupliciter:qm̄ aut eſt executionis finis maior obligatio ꝙ ꝓhibitio illius medij:ꝛ ſic neceſſitate ſeu maiori vinculo finis fit mediū licitū:ſi aūt maior ſit obligatio ꝓhibitiua medij ꝙ obligatio ꝓceptiua finis cedendum eſt fini eiuſꝙ ceſſat obligatio ꝓpter medij impoſſibilitatē facto vel iure.

## ¶ Sequuntur corollaria. primū nō eſt

vniuerſaliter ꝛ indiſtincte verū hoc cōmune bipartitū dogma. ¶ Precepto aliquo fine precipi eadē obligatiōe oīa media ad eū neceſſaria:ꝓhiberiꝙ omnia illi fini incōpoſſibilia. ¶ Pariter fine aliquo prohibito omnia conducentia ad illum finem prohiberi ꝛ precipi impedientia eum. ¶ Venit itaꝙ limitandum primum:modo medium fini pro tunc neceſſariū non maiori interdicat obligatione quā precipiatur ipſius finis adeptio:aut medium illi incōpoſſibile non maiori vinculo precipiatur ꝙ finis ille. ¶ Secundum pariter venit intelligendum modo medium neceſſario ad finem illum conducens non arctius aliunde precipiatur ꝙ prohibeatur finis:aut mediū impediens non ſtrictius imperet aliunde ꝙ prohibeatur finis. his em̄ modis maior medij obligatio a minori finis obligatione abſoluit ꝛ deobligat.

## ¶ Secundū corollariū. nec digeſtū fuit

Finis neceſſitate fit qñꝙ aliqđ licitū alias illicitū:qñꝙ non.

ſufficienter ad varia obiecta proponentia nos ad aliquid obligari reſponſum que dicunt eſſe verum quando medio licito exequi poteſt:alias ſecꝰ. Dico em̄ quandoꝙ neceſſitate finis medium aliqđ fieri licitum qđ alias illicitum eſſet: videlicet quando ad finem adipiſcendum maior eſt obligatio quam ad vitandum medium illi fini neceſſarium. Non igitur quecunꝙ neceſſitas facit licituꝫ indifferenter:quod alias eſſet illicitum:ſcilicet quādo ad tali neceſſitati obuiādum maior extat obligatio quam ad vitandum alterum qđ alias erat illicitū. ¶ Exempli gratia. ſtrictius prohibetur adulterium quam ſanitatis conſeruatio:quare nō fieret licitum neceſſitate conſeruande vite que ſine adulterio conſeruari nō poſſet quinimo neceſſitate vitādi adulterij fit licita ſanitatis leſio: que alias illicita foret:qualiter mutilationis membri electio neceſſitate ſaluāde vite fit licita:alias tamen illicita.

Finis malus ꝛ bonꝰ differenter opera ꝗlificant.

Intētio iudicat oēs differenter ī bōis ꝛ malis.

SIc electionem menſurat intentio: vt finis bonus bonū opus reddat:malus aūt malū ꝛ differenter:nam malus ſufficienter:bonus auteꝫ non. ¶ Dicitur intentio iudicare oēs:in malis quidem ſemper:non ſic autem in bonis:nā ex integra cauſa bonum:malum autem ex defectu conſurgit. ¶ Sicꝙ ſubordinatorum finium vltimus malus omnes ſubordinatos viciat:bonus autem exornat capaces:ꝛ viciatoꝝ minuit turpitudinē:quaꝫ malus adauget. ¶ A bono em̄ fine opꝰ indifferēs nō aliūde viciatū bonitatē induit:opꝰ in ſe bonū bonitatis augmētū. opꝰ aūt in ſe malū malicie decremētū recipit:ꝓut malo fine opꝰ ī ſe īdifferēs aut ī ſe bonū viciatur:opꝰ aūt malū ſuſcipit malicie īcremētū.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Primum notabile.** iuxta precedentia/ plus ad bonum quam ad maluꝫ requirit. nam ad bonum neceſſaria eſt omniū circunſtantiarū debitaruꝫ integritas: ad malum auteꝫ ſufficit vna mala aut vnius debite ineſſe carentia: debite quidem obligationis debito. hinc ad opus malum ſufficit finis malus: non aūt ad bonum ſufficit bonus/ ſic non ſufficienter excuſatur qui dicit bono fine hoc egi. ¶ Nam requirit cum reliquis circunſtantijs debita operis materia/ quibus obſeruatis/ cuiꝰ finis bonꝰ eſt ipſum q̄ꝫ bonū ē.

Bonū plura requirit q̄ malum.

A D D J. † Ad opꝰ malū ſufficit finis malus: nō autem ad bonum ſufficit bonus.

**Secundum notabile.** quibuſdam dicere placuit nunquā finem bonū opus malū alleuiare. ¶ His contrariatur Auguſtinus aſſerens mendacium fine bono alleuiari: ip̄m enim fine officioſo vel iocoſo efficit veniale/ cui applaudit magiſter ſententiarum. ij. diſtin: xl. inquiens/ peior eſt qui cōcupiſcendo quā qui miſerando furat: ita igitur fine ſubuentionis alleuiatur furtum. ¶ Sed obijciunt/ fine bono certam malicie portionem auferente/ tandem finis in bonitate creſcēs totā auferret maliciam. pꝫ. finis bonus dimidium malicie auferat. ſic finis duple bonitatis in duplo plus auferet/ ⁊ per conſequēs totam. ¶ Ad hanc obiectionem dico. non ſecūdum proportionē equalitatis/ ſed ſecundum rationis menſuraꝫ fit minutio. ¶ Dico preterea nō eſſe inconueniēs certum finem oēm auferre maliciam: quo ſecluſo ꝛre maneret opus vicioſum. Exempli gratia. inſtante mortis periculo cui ſine pedis amputatiōe ſubueniri nequit: mutilatio hoc fine ſalutis facta purgatur a malicia: immo bona ⁊ laudabilis redditur. que alias (nō p̄ſtituto illo fine) cū rerum conditione eſſet vicioſa. dico cum rerū conditione: quoniam/ non exiſtente in re h̄mōi neceſſitate/ illius finis preſtitutio nō purgaret a malicia opus. Replico finis bonus a certo opere certam malicie portionē tollat/ que ſit dimidium: ſic ille finis operi adueniens illam ſolam malicie portionē h̄nti totā auferret/ ⁊ ꝑ cōſequēs ip̄m opꝰ purgabit a malicia. R̄ndeo nō totaꝫ auferret: maiorē em̄ malicie portionē a peiori actu quā a minꝰ malo ſubtrahit: q̄m nō ſcd̄ꝫ q̄titatis ſꝫ ꝓportiōis aut rōnis eq̄litatē fit decrementum.

Finis bonus opus malū alleuiat nō ſecūdum ꝓportioneꝫ equalitatis ſed rationis.

A D D J. Certum finem maliciam oēm auferrenō eſt inconueniens.

**Prima concluſio.** Opus indifferēs finē ſeqtur: bonum aūt ꝗa bono fine auget. ⁊ a malo fine maculatur: malū vero malo fine deteriorat: ⁊ fine bono alleuiatur. ¶ Primū pꝫ/ opus indifferens nō aliūde maliciā vel bonitatē hꝫ vt ſuppono. Corollariū: i his q̄ ex ſuo gn̄e bn̄ ⁊ male fieri poſſunt/ eſt potiſſime iſpiciēdus finis: dixi potiſſime: q2 aliūde (prout eminente ſcandalo aut alio huiuſmodi vitando) poſſent talia opera indifferentia etiam bonoꝝ fine facta viciari.

Finis q̄r ad opꝰ bonū aut malū aut idifferēs ſe habeat.

¶ Reliquā ꝓpoſitionis partē oſtēdo: nā fine bono auget ad rectā rōnē ꝯformitas. ſ. plenius de circunſtātijs dictantē: tū etiā cū det opi indifferēti bonitatē: dabit eā pariter opi alias bono. ⁊ ꝑ ꝯſequens eius augebit bonitas. Operis alias mali finis bonus difformitatē ad rectā rōnem minuit. pꝫ. aliquid hꝫ excuſabilitatis ab illius finis boni allectione q̄ ad opus illud mouet agens. Quod aūt fine malo vicietur opus alias bonū: claret: nā per hoc recte rōni difformatur dictāti non malo fine eſſe operandum.

¶ Conclude inſuper opus alias malum aggrauabit: nam difformitas difformitati addita difformitatem auget.

**Secunda concluſio.** Finis malus omnes ſubordinatos ad eū fines viciat aut aggrauat: bonꝰ autem finis eos nō aliūde viciatos format bonos: aut preexiſtentes bonos meliorat: aut alleuiat malos (noīe finium/ eorum actus ſubordinatos intellige) patet ex precedente hec concluſio: ſint quatuor actus ſic ſubordinati: quartus tertium viciat ordinatum in eum vt patuit: ⁊ eadē rōne hic tertius vicioſus ſcd̄m viciabit ordinatum in eum: ⁊ ſeundus primum ordinatum in ipſum.

Finis fines ſubordinatos p̄cedētes viciat. i. eoꝝ actus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Finis mali preſtitutio q̈ periculoſa.

¶Ex quo pʒ quã periculoſum ſit finem aliquem malũ in operabilib' ſibi preſtituere: ⁊ illi pertinaciter adherere. ¶Frequenter eñ ſunt huiuſmodi pernicioſe radices viciorũ ſentine ex quibus quandoq̈ valde remote per continuã ſuboꝛdinationem varia oꝛiunt̃ opera ⁊ nonnũquam latenter: q̃ oĩa etiam de gñe bonorum exiſtentia a radice illa venenoſa inficiuntur ad quã oꝛdinatim vt media retoꝛquentur: de his radicibus eſſet inoꝛdinatus ſuĩpſius amoꝛ/ aut proximi odium/ aut inuidia/ aut gloꝛie vane appetitus/ aut huiuſmodi: quibus periculoſum eſt aſſuefieri ne ſic latenter per longã operũ ſuboꝛdinationem vicientur opera. ¶Conſulte igitur eligendi ſunt/ tanq̈ virtutũ ſeminaria/ honeſti quidã fines: quibus aſſueſcat hõ/ inhoneſtos a ſe reijciens: quibus quidem aſſuefactus radicibus quaſi modo nature etiam latenter que honeſta ſunt operabitur ad illos fines cõducentia quoꝛuʒ ſummus/ precipuuſq̈ infinite bonitatis preſtituatur deus.

ADDI. † Conſulte ſunt eligẽdi fines honeſti q̇bus aſſueſcat hõ.

Finis non ſcdm̃ equalitatis proportioneʒ qualificat opus cui' cauſa habetur duplex.

Etſi finis qualificet moꝛaliter opus: non tamẽ ſecũdum equalitatis propoꝛtionem: ſed iuxta rationis menſuram. Non igitur finis bonus aut malus de neceſſitate operi capaci prebet equalem ſibi bonitatem vel maliciam: nec pariter bonus a malo equalem ſue bonitati maliciaʒ aufert: neq̈ malus a bono ſolum equalẽ ſue malicie tollit bonitatem Quo fit notum fines non penes eoꝛum propoꝛtioneʒ ſua modificare opera: non enim finis duplo melioꝛ aut deterioꝛ duplam dat operi capaci bonitatem aut maliciam: nec duplo plus alleuiat: aut agggrauat. ¶Et hoc duplici ratione: primo quoniam finis non ſola entis nec ſola moꝛis bonitate vel malicia: ſed congrua vel incongrua ipſius finis ad opus habitudine redditur operi debitus vel indebitus: plus vel minus: non autem ſemper vbi eſt maioꝛ entis perfectio aut maioꝛ moꝛis bonitas eſt cõgruentioꝛ finis ad medium finalis habitudo: hinc non opoꝛtet (creſcente tali ipſius finis bonitate vel malicia) creſcere equaliter operi moꝛalem bonitatem vel maliciam. Secunda non ex ſola finis habitudine ad opus prouenit operi moꝛalis bonitas aut malicia: ſed ex alijs multis: que ſepe nõ omnia (vno aucto) augentur prout ſunt gradualis intenſio conatus obligatio pariter alia materie vel loci vel tempoꝛis vel aliaruʒ circunſtantiarum conditio.

Finis bonꝰ opi bono addere bõitatẽ eſt triplicĩter

## PRimum notabile.

Triphariam imaginabile eſt finẽ bonũ opi bono p̄ſtitutũ bonitatem ei addere: videlicet an in ſpecie operis: an finis/ an in ſpecie vtriuſq̈ condiſtincta gratia exempli: operi foꝛtitudinis finis temperantie preſtitutus: an ei foꝛtitudinis/ an temperantie bonitatem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tribuat:an vtriqꝫ condiſtinctam.idem in malis:furto homicidium pro fine in-
tentum:an ei furti:an homicidij:an vtriqꝫ condiſtinctā adijciat maliciā. ¶Sua
deo ſecundum ⁊ intellige quo ad bonitatem aut maliciaꝫ gratia bonitatis aut
malicie finis ſuperadditā.tum primo:nam opere indifferenti finis bon⁹ſue ſpe
ciei bonitatem adijcit/⁊ malus maliciā:igitur ⁊ bonus bono:atqꝫ malus malo.
cōſequentia patet:nil obſtat.tum etiam prohibitiōe finis prohibetꝛ operis in ip
ſum relatio:igitꝛ maliciam finis induit opus relatum:idem de bonitate: morta
le igitꝛ venialem maliciā ex veniali fine cōtrahit:veniale mortalem ex mortali.
ſicqꝫ duabus inuoluitꝛ malicijs:idem in bonis conclude/fortitudinis/temperā
tie/aut iuſticie opus cui charitatis finis preſtituitꝛ duabus illarum ſpecierū bo
nitatibus ornatur.dixi ſupra/⁊ intellige quo ad bonitatē aut maliciam ⁊ cete-
ra.nam ſecus de alia que ex alterius originis habitudine conſurgeret.de quo
futurus eſt ſermo. ¶Tertium pariter non abſqꝫ apparentia eſt tum primo: fi-
nis ⁊ medij dictamina ſunt ſpecie diſtincta:igitur ⁊ conformitates ſeu bonita-
tes.tum ſecundo:relatio eſt quid tertium vtriqꝫ ſuperueniens extremorum: igi
tur ⁊ bonitas ex ea conſurgens:ſic ⁊ diceretur eſſe condiſtinctum premium.Cui
hec placet imaginatio dicat duplicem alicuius generis eſſe bonitatem aut ma
liciam:vnam relatiuam alterā abſolutam:eaſqꝫ ſpecie ſpecialiſſima differre.

**Secundum notabile.** nonnullis indiſtincte aſſerere pla-
cuit fine veniali mortale mortaliter
aggrauari:alijs non niſi venialiter. ¶Dico autem duo. Primum venialis finis
quandoqꝫ mortaliter aggrauat/quādoqꝫ venialiter.quādoqꝫ vtroqꝫ modo/nō
nunquam alleuiat.id concluſiones patefacient. ¶Secundū.nulla aliunde poſi
ta eius ad opus quod finit diſcrepantia.ſed ſola veniali cōſiderata malicia ag
grauatur opus dūtaxat venialiter.probo/quātum eſt ex hoc nō niſi prohibitio
ne finis prohibetꝛ operis in deum relatio:nō igitur a tali fine aliam induit ma-
liciam.tū etiam operi indifferenti non aliam prebet maliciam. dixi non aliun-
de ⁊c.non enim ſola finis in ſe bonitas moralis aut malicia addit operi qđ finit
rectitudinē vel obliquitatem:ſed congrua vel incongrua medij ad eum habitu
do:hinc cōtingit eūdem diuerſorū operū finem opus vnum mortaliter viciare/
aliud venialꝛ/aliud relinquet indifferēs/aliud vero reddet bonuꝫ vel melius.
Nomine finis intentionem que eſt voluntatis actus intellige.

*Finis venialis an mortaliter aggrauet mortaliter.*

**Prima cōcluſio.** Finis in ſe bonus operi:qđ finit bonitatē adij-
cit:quādoqꝫ minorē quam habeat: aliquando
nullā:nōnunqꝫ viciat.hec tria oſtēdo/cōtingit aliūde quā ex parte bonitatis eē
illoꝝ triū modoꝝ finibilitatis habitudineꝫ. ¶Exēplum primi.amor dei ꝓpter
quē fit opus bonū ei bonitatē prebet ſua minorē.oſtendo/maiori debito eſt di-
ligendus de⁹ qꝫ aliud ꝓpter ipſum.pꝫ:ꝓpter qđ vnūqđqꝫ taleꝛ ⁊ illud magis. Eſt
igitꝛ plus rōni cōſentaneū deū diligi quā aliud ꝓpter ipſum. Tū etiam a fonte
bonitatis finis plus diſtat mediū. Preterea minus de voluntario habere videtꝛ.
Ampli⁹.alias proximi dilectio qua ſolus ipſe diligitꝛ:in deū tñ relata/eſſet dile-
ctiōe dei preſtātior.⁊ gñaliter ōis operatio bona in deum dilectuꝫ ordinata. pa
tet:cum ſua propria bonitate aliam bonitati dilectiōis dei eqlem indueret/nō
loquor hic de actu tertio.q̄ ſimul eſt mediū et finis:ille em̄ vtriuſqꝫ bonitatis ex-
tremoꝝ ē particeps ⁊ vtroqꝫ actu extremoꝝ ceteris alijs parib⁹ melior. ¶Exē-
plū ſcđi.certa liqris potatio q̄ nil ad morbi curationē ꝯferre noſcitꝛ: ipa ꝓpꝛ hūc
finē bonū volita nō ab eo bonitatē ſuſcipit.⁊ idē vbi eēt op⁹ in ſe bonū.nihil tñ
habēs cōducibilitatis ad huius finis adeptionē. Exēplū tertij. pōt bonus eē fi-
nis pecuniari⁹ atqꝫ lucroſus/pariter licita bñficij collatio aūt mutuatio quarū
vtraqꝫ illo fine facta viciatꝛ.quāqꝫ em̄ in ſe bon⁹ ſit hic finis:⁊ mediū in ſe licitū:
nō tñ ipm̄ eſt illi fini debitū:imo iure prohibitū tali medio hūc finem aſſequen-
dum.beneficij enim collationem efficit ſymoniacam ⁊ mutuum vſurarium.

*Finis in ſe bonus operi bonitatē adijcit quandoqꝫ minorem qꝫ habeat aliquādo nullaꝫ quandoqꝫ viciat.*



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Finis malus operi dat maliciam quandoqꝫ maiorē ꝙ habeat quandoqꝫ miorē aliquando alleuiat.

**Secunda concluſio. Finis malus operi** dat maliciam: quandoqꝫ maiorem quā habeat. quandoqꝫ minorē/qn̄qꝫ alleuiat. ¶ Exemplum primi. finis lucroſus atqꝫ pecuniarius in ſe venialis poteſt mortaliter beneficij collationē vel mutuum viciare/cum hm̄oi medium ſymoniaca labe vel vſuraria commaculet. ¶ Exemplū ſecundi. aliqua iactātia in ſe venialiter vana fiat: propter adulterium ipſa eſt eo leuior. Nam ab origine malicie fornicarie remotior: preterea minus habet de voluntario. tum etiam propter quod vnunquodqꝫ tale ⁊ illud magis. Eſt igit̄ in ipſo adulterio maior difformitatis ratio. Amplius. aliud ꝙtulūcunqꝫ opus in ſe malū cuius finis ſit dei odium eſſet hoc odio deterius. nā grauitatē grauitati odū det equalē/⁊ aliā ſibi ꝓpriā haberet. ¶ Exemplū tertij. cōtingit finem venialē vehementer ad mortale opus allicere. ſic igitur illo fine veniali alliciente attenuabit̄ mortalis malicia ꝙuis venialē cōtrahat maculam opus alleuiatum: huiuſmodi em̄ eſt ſenſualis motus fortiter voluntatē alliciens ſenſui obtēperare ꝑ mortale opus.

Finis venialis vnū opꝰ venialiter aggrauans aggrauat aliud mortaliter.

**Sequuntur corollaria.** primum: idēꝫ finis venialis vnū opus mortaliter aggrauās aliud venialiter maculat: pariter idem opus vno fine veniali venialiter aggrauatū alio fine veniali mortaliter viciat̄: ſic quandoqꝫ finis aliam malicie ſpeciē quaꝫ ipſe in ſe habeat operi tribuit. ¶ Secundū corollariū: opus idem malicia mortali ⁊ malicia veniali pariter ⁊ malicijs mortalibus diuerſarum ſpecierū ex diuerſis finibus inficit̄. ¶ Tertium corollariū. finis bonus diuerſis operibus malis preſtitutus non equaliter alleuiat: pꝫ contingit malicias ſpecie differre. ⁊ ſic vnius ꝙtulumcunqꝫ gradū ꝙtocūqꝫ gradu alterius deteriorem eſſe/et per cōſequens a peiori maiorē aufert maliciam. circa qđ

ADDI. Idem finis bonuſ qualr̄ peccata inequalia alleuiet.

**Primum dubium. qualiter idē finis bonus** peccata inequalia alleuiet. ¶ Reſpōderi ſolet qđ proportionaliter ſcꝫ vnuꝫ peccatum ad ſubduplū alleuians quodcūqꝫ aliud ad ſubduplū alleuiabit: ⁊ ita alleuians vnum ad ſubtriplū aut alia proportione attenuabit quodcūqꝫ aliud eadem proportione. ¶ Gratia exēpli. malicie medietatē ab vno auferens: tollet pariter cuiuſcūqꝫ alterius peccati medietatē malicie. ¶ Id vniuerſale documētum patet ex dictis eſſe erroneuꝫ: non em̄ ſola finis bonitas aut malicia: ſꝫ alia eius ad medium habitudo alleuiat aut aggrauat: quo fit fine in ſe bono opꝰ aliquod alleuiari ⁊ aliud aggrauari. quare ipſe duo alleuians poterit nō eque ꝓportionaliter ea alleuiare: ſed plus vnum altero.

**Secundum dubium. an contingat finez** bonitati ſue equalem aut maiorē operi bono tribuere: an voluntatis feruor circa finem operi prebeat bonitatis aut malicie augmentum vel decrementum et qualiter: tibi pro nunc contemplandum relinquo.

Finiū principalitas vnius in quo conſiſtat.

Diuerſorum finium tam diſparatorum quam ſubordinatorum: tam appreciatiuorum quam allectiuorum vnius principalitas non in hoc conſiſtere putetur quod intenſius moueat ſed appreciatiꝰ. ¶ Contingit itaque eorum minus principalem intenſius mouere intenſiuſqꝫ adamari. Ac eſſe operis cauſam ſine qua non. ¶ Et quemadmodum amore nullus determinate precipitur gradus aut prohibetur: ſic nec ſola amoris ob

iecti perfectioris remiſſio nec ſola amoris obiecti imperfectioris intenſio actum viciat. Quare amoris ſuper amorez exceſſus gradualis neutrum maculabit: appreciationis autem exceſſus ſic: penes quem non penes illum: attendit diligendorum charitatiue ordo.

Diligēdorum ordo nō penes amorū intēſionez ſʒ auctorum appreciatione.

## Primū notabile. operis fines diſparati ſunt in quos opus refertur: ⁊ eorum nullus in alterum.

Fines diſparati: fines ſubordinati.

¶ Subordinati autem ſunt quorū ordinatim vnus in alterū refertur. Et dupliciter: vno modo recta ſubordinatione prout princeps pecuniam colligit ad manutenendum exercitum. exercitum congerit ad propellendos hoſtes/ hoſtes propellit ad quiete poſſidendum regnū: regnum quiete poſſidere cupit ad regendā recte policiam: regere eaʒ deſiderat pro ſubditorū bono corporis ⁊ anime: hec bona eis optat propter deum cui grata eſt hec equitas. Alio mō reciproca ſubordinatione: ſcʒ (gratia exempli) ametur a propter b/ ⁊ b propter a. Hoc nō abſq; dubitabilitate eſt. q̄ enim ſit impoſſibile: nam ſic amor a eſſet amoris b cauſa efficiēs: ⁊ amor b/ cauſa efficiēs amoris a/ cum iſtud ſit amare a propter b/ ⁊ amare b propter a: ⁊ ita vides q̄ difficile captu ſit qualiter deus propter mercedem diligatur: ⁊ rurſus merces vltimate propter deum: nam ſic mercedis amor eſſet amoris dei efficiēs cauſa: ⁊ amor dei cauſa amoris mercedis. ¶ Sed iā in oppoſitum: nā eum cuius venter de⁹ eſt contingit velle viuere vt edat/ velle pariter edere vt viuat. ¶ Dico igitur ad obiectionem multipliciter. Primo effectus poteſt eſſe ſue cauſe cauſa efficiens conſeruatiua. Secūdo poteſt eſſe eius cā efficiens augmentatiua. Tertio poſſibilis eſt mutua atq; reciproca cauſalitas in ſpecie: ⁊ ſi nō in indiuiduo: ſic q̄ aliqs amor ipſius a aliquē amorem ipſius b producat: ⁊ aliquis amor b aliquē ipſi⁹ a gignat amorem. Quarto in indiuiduo eſt reciproca cauſalitas aptitudine. ſcʒ hic amor ſit iſtius amoris cauſatiuus: ⁊ iſte idem illius. Quinto dico ⁊ id notandum veʒ meram finalem relationem eſſe ab efficiētie cauſalitate extremi ab extremo ſeparabilē: poteſt enim deus actum tertiū medij ⁊ finis cum duobus actibus extremorū (neutro actuū coagēte) infundere anime: quo facto diliget a propter b (gratia exempli primus propter deum) nō tamē amor proximi a dilectione dei cauſabitur.

Effectus multipliciter poteſt eſſe cauſa ſue cauſe.

## Secūdum notabile. graduale actus volūtatis augmētū ex duplici cā puenire pōt.

¶ Primo ex conatus volūtatis magnitudine: ⁊ forti cā volūtati coagente: ſic enī voluntate ad mercedis eterni ad amorē feruētius conāte q̄ ad dei dilectionē ceteris alijs parib⁹/ pducetur mercedis amor amore dei intenſior. Scdo voluntate ad vtrunq; equaliter conante: ipſi tñ volūtati coagēte cā fortiori ad mercedis amorē q̄ dei (gratia exempli ſit amoris mercedis intēſior habitus q̄ habit⁹ dilectiōis dei) ſic mercedis amor dilectine dei intenſior naſcetur.

Augmentum graduale act⁹ volūtatis ex duplici cauſa eſſe poteſt.

## Tertium notabile.

Certa obiecti conditio eſt plerūq; maioris appreciatiōis etiam in actu remiſſiori cā cōtingit ſociū actu valde intenſo diligi ⁊ fratrē actu valde remiſſo: ipm tamen fratrē ex hac obiecti cōditiōe plus appreciatiue diligi: cuius experiētia eſt q̄ in arduo nocumēto vel grādi bono trāſiret (poſtpoſito ſocio) ad fratrem.
¶ Sic ꝯtingit creaturā deo itēſi⁹ diligi: deū tñ plus appciatiue ex obiecti ꝯditione q̄ eſt diuinitas aut infinita bonitas: ſic q̄ potius (data electione) a creature

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Charitatis ordo nõ ſubuertitur ſolo graduali exceſſu amoris ſup amorẽ ſed appreciationis.

amore ꝙ dei deſiſteretur ſeu potius maluz creature ꝙ dei eligeret: ſi foret poſſibile deo male eſſe.

## Prima concluſio.

Non actum viciat ſolus intenſiõis gradualis exceſſus amoris ad amorem. Exempli gratia: amans mercedem celeſtẽ actu intenſo vt ſex: et deum actu intenſo vt quatuor intenſius diligit mercedem ꝙ deum: nec peccat. pꝫ/ precepto dilectiõis dei ſatiſfacit illo actu cũ non ad gradũ intenſiorem obliget: immo per remiſſiorem ſatiſfaceret: ſatiſfacit pariter precepto dilectiõis mercedis promiſſe: nec alterius precepti includit illic transgreſſio: igitur nõ peccat: modo plus appreciatiue deũ diligat ſcꝫ dilectioni mercedis amorem dei preferens/ aut rectius obiectum obiecto: ſic ꝙ citius non eſſe aut ſimile ipſi mercedi eligat ꝙ deo. Notuz eſt igit communiter charitatis preceptũ non abſ opere cõſilijs impleri. ſ. deũ vel proximum gradu intẽſiori diligendo ꝙ qs determinate obligetur. Obijcies deũ toto corde/ tota anima/ tota mẽte tenemur diligere. Mathei. xxij. ⁊ Luc. tũ etiam Aug. in de perfectione iuſticie. Preceptum de dilectione dei ſuper omnia hac in via non penitus: ſed ex parte impletur: qꝛ ex parte diligimus ſicut ex parte cognoſcimus. Hec aũt non vera eſſent ſufficiẽte dilectiõis gradu remiſſo ad precepti obſeruãtiã. ¶ Reſpondeo negãdo minorẽ: prime em̃ auctoritatis cõis expoſitio eſt illis tribus vocabulis toto corde ⁊c. ordinatim intelligẽdo volũtatẽ/ intellectũ/ ⁊ vim ſenſitiuã: ⁊ per totũ intelligẽdo ꝑfectũ: ſit ſenſus: perfecte tres illas vires deo applicando: ⁊ id poſſumus etiã in via implere. perfecte quidẽ perfectione debite obligatiõis ſcꝫ ꝗ̃tum obligamur: nõ aũt ꝑfecte ꝑfectione oĩmode poſſibilitatis: perfectius em̃ in patria ꝙ hic implebit: nã ſine interruptiõe/ ſine retardatiuo cũ maiori auxilio/ tã cognitiõis intuitiue ꝙ obiecti preſentis: ad hm̃õi tñ conſummatã ꝑfectionẽ nõ hic in via arctamur. põt igit impleri in via ꝗ̃tũ ad id ad qd̃ tenemur: ſed nõ ꝗ̃tũ ad oẽm poſſibilitatis moduz.

Caritatis preceptuz non abſ actu conſilijobſeruatur.

Dilectionis dei ſuper omnia preceptuz qualiter i via impleri poſſit.

## Secunda concluſio.

Maiorẽ amoris rõnem arguit appreciatio ꝙ gradualis intẽſio. pꝫ: ꝑ hoc maioris reputatiõis habet at alteri prefertur vt rõ iubet: citiuſ altero ꝙ illo carere vellet amãs. ¶ Dei igit dilectio remiſſa cũ appreciatione maiori magis rõnem amoris participat/ ꝙ valde intẽſus mercedis amor ſine tãta rei appreciatiõe: ſicut minor auri portio maiore argẽti portiõe maioris ẽ appciatiõis.

Finiſimultorum pricipalitas vnius in q̃ conſiſtat.

## Tertia concluſio.

Viatore mandata tam propter deum ꝙ propter mercedem obſeruante horũ finiuz ille eſt principalis cenſendus qui magis appreciatiue diligit: ſi enim plus appreciatiue diligat merces: ſic merces eſt principalis finis ⁊ eius eſt amor inordinatus eſto ꝙ ſit dilectiõe dei remiſſior: hoc ſine inordinate amato viciatur mandatorum obſeruantia. ſi aũt magis appreciatiue deus amet: eſt finis principalis: eiuſ amor/ pariter ⁊ alter ordinatus eſt ⁊ mandatorũ obſeruantia meritoria: etiam intenſiore exiſtẽte mercedis amore: eo circunſcripto viator non allect᷒ mercede mandata non obſeruaſſet. nã/ vt ſupra dixi/ cõtingit cãm minus ꝑncipalẽ eſſe ipſius effectus cãm ſine qua hoc eſt qua circũſcripta nõ fieret effectus.

Preceptũ ꝑpter deũ ⁊ aliũ finẽ dupliciter obſeruari cõtingit.

## Quarta cõcluſio.

Quantum ad pꝛimum dici ſolet magis ſincerā pꝛecepti obſeruantiaꝫ eſſe q̄ ſolo dei amoꝛe fit tum q2 ex maioꝛi pꝛocedit charitate in deum: tum etiam ipſe deus magis illic rationem finis participat. hinc dicit̃ amoꝛ atq; timoꝛ filialis eſſe perfectoꝛū / quo ſcꝫ amat̃ deus vel timet̃ dei offenſa non commodi pꝛoprij vel incōmodi gratia / ſꝫ dei. q2 in ſe boni. Amoꝛ aūt mercenarius aut timoꝛ initialis duos ſcꝫ habēs oculos. vnū ad deū / alterū ad mercedē iſtud eſt imperfectoꝝ atq; initiātiū ſeu incipiētiū venire ad deū. ¶ Vterq; hoꝝ ſcꝫ amoꝛ ⁊ timoꝛ recte appellari pōt initialis etiam mercēnarius. Pena enim merces eſt peccati. pꝛout beatitudo virtutis retributio. ¶ Quid autem illud contineat veritatis: pono concluſiones.

Pꝛeceptoꝛum obſeruantia viciari pōt per hoc ꝙ ſolo dei amoꝛe fit.

Pꝛima: viciari poteſt certi pꝛecepti obſeruātia per hoc qđ ſolo dei amoꝛe nō alio fine pꝛeſtituto fit. oſtendo: cōtingit viatoꝛem ſub pꝛecepto obligari finem aliquem creatū operi eius pꝛeſtituere. igitur huius creati finis carētia erit peccatū: qui enim reubarbarū in potu fine curationis a moꝛbo miniſtrare tenet̃. aut qui fine vtilitatis eccleſiaſtice certū beneficiū alicui cōferre obligat̃. aut fine tuitionis patrie periculū moꝛtis in bello ſubire / vel hmōi: ⁊ tale qđ ſolo increato fine ſoloq; dei amoꝛe faceret: ipſe irrationabiliter atq; temerarie operaret̃. ⁊ culpabiliter omitteret / ſcꝫ finem creatū (ad quem ex hypotheſi aſtringitur) non pꝛeſtituens.

Finis creatus cū increato au

Secunda concluſio quandoq; finis creatus operi cuꝫ fine increato pꝛeſtitutus bonitatē auget. patet / contingit finē creatum ſub obligatiōe vel magne vtilitatis conſilio cade

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

re.igitur operi certã bonitatis menſurã adijciet: quod igitur ſine huiuſmodi fi ne creato non fieret opus nõ minuit bonitatem nec minorem charitatis aut di lectionis dei feruorem arguit: quinimmo nõnunquã eſt augmenti argumentũ: quãdo ſcʒ ſub dei precepto hmõi finis creatus cadit preſtituendus. *get bonitatem.*

**Tertia concluſio** corrollaria: quanto operi bono plures preſti tuũtur fines ei debiti tanto maiorem accu mulat bonitatẽ.pʒ: quiſqꝫ illorũ finium certã bonitatis portionem ei prebet. ¶ Hinc amor proximi propter deũ: quo vterqꝫ cõparatiue diligitur eſt morali ter ac meritorie melior ceteris alijs paribus amore dei propter ſe quo ſolus ipe diligitur. ¶ Nã vtriuſqꝫ bonitatẽ retinet: dixi ceteris alijs paribus: qꝛ ſecꝰ vbi iſto actu ſimplici intenſius diligeret deus quã illo relatiuo: quinimmo (qđ cre ditu difficilius apparebit) videt ſolius primi amor in deũ tñ dilectum relatus: eſſe dilectiõe iſta dei moraliter atqꝫ meritorie melior (ſaltẽ conceſſo ꝙ ſupra ne gauimus actũ finis bonũ prebere operi bonitatẽ ſue equalez) nam ille proximi amor ꝓpriã habet bonitatem.ꝛ ab extr inſeco aliam bonitati illius dilectionis dei equalem contrahit. *Finiũ debitoꝝ mĺtitudo bonitatẽ auget.*

**Quantum ad ſecundum** punctum de ꝓceptorum obſer uantia ſolo pene timore / aut ſolo mercedis amore: ſcʒ an vniuerſaliter operis mali omiſſio.vel cõmiſſio boni preciſe timore pene facta ſit vicioſa. ¶ Pleriſqꝫ videtur ꝙ ſic.ſed differẽter: nã vbi timor pene tollit efficax velle operis mali: aut nolle efficax boni. ꝛ admittit actũ inefficacẽ eſt pctm̃ mortale.vbi aũt vtrũqꝫ tollit tã efficacẽ ꝙ̃ inefficacez eſt pctm̃ veniale. Exẽplum primi.vbi preciſe timore pene eterne qs efficaciter vult orare quãdo tenet ꝛ orat.habẽs tamen orandi nolle inefficax ſcʒ diſplicẽtiam. aut pariter ſolo timore pene efficaciter vult fornicari habẽs fornicatiõis velle inefficax: ſeu eiuſdem cõplacẽtiã.tã ille ꝙ̃ iſte peccat mortalr.pʒ ratiõe/ nã odit penã ꝛ nõ culpã. Idẽ Auguſtini auctoritate in epiſtola ad Anaſtaſiũ.ꝛ ſup pſal. xxxiij Qui timẽdo nõ faciat mala/ ꝛ mallet facere ſi liceret. itaqꝫ ſi facultas nõ detur voluntas rea tenet. Exemplũ ſcdi.ſolo timore pene qs efficaciter recuſat orare ſine orãdi diſplicẽtia.aut efficaciter vult fornicari abſqꝫ cõplacẽtia forni catiõis: ipſe venialiter peccat: naʒ deliberate timet qualiter non debet teſte ibi Aug. Amicus iuſticie eſt qui amore nõ peccat: tunc enim vere timet peccare qui amat iuſticiam quam nollet amittere. Nã qui gehennam metuit/ non metuit peccare: ſed ardere/ ille autẽ peccatum metuit qui pctm̃ plus metuit quã gehẽ nã: hec ille. Cõtingit tamẽ ſic ſe habentem pene eterne euadere debitũ.nã alias orare omitteret vel fornicaret/ aut cupere ꝛc.iuxta Chriſoſtomuʒ in homilia.q̃ timore pene deo ſeruit/ penã quidez euadit (ſcʒ eternam) ſed mercedem iuſticie non habet. Sentẽtia illa quo ad vtrunqꝫ eius membrũ videt mihi falſa: ꝛ duas pono concluſiones. *Precepto rum obſeruantia ſolo pene timore aut ſolo mercedis amore.*

**Prima eſt ſecũdo** membro obuia non quelibet operis prohibi ti omiſſio vel cõmiſſio operis precepti preci ſe timore pene facta maculat venialiter. Probo/ quandoqꝫ licitum eſt.immo qñ ꝙ tenemur aliquod de ſe indifferens omittere vel committere: nec aſtringimur pro ſemper actualiter vltimi finis amorem preſtituere: cũ nec pro ſemp de ipſo cogitare teneamur.igit tunc omiſſio vel cõmiſſio talis opis de ſe indifferentis ſolo timore pene (gratia exẽpli ad vitãdũ corporis incõmodũ) nõ eſt peccatum. igit a fortiori omiſſio operis in ſe mali vel operis in ſe boni cõmiſſio ſolo timo re pene/ ſcʒ ad vitãdam penam eternam minime viciat non aliunde poſito de turpante.conſequẽtia patet: culpabilitas prouenire ex circũſtantie finis caren tia. Contra nõ pro ſemp arctamur cuilibet operi amorem finis vltimi actuali ter preſtituere.cum nec de ipſo pro ſemper cogitare teneamur.tum etiã ad im plendum preceptũ pure negatiuum non requiritur actus (ſecus ſi mereri veli *Preceptũ non quecũqꝫ obſeruãtia ſolo timore pene eſt peccatum.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus)igitur per aduenientē actū non de ſe malū: immo in ſe bonum ⁊ ad quē tenemur:prout eſt pene eterne timor non viciabitur illa fornicationis vel furti omiſſio: homini enim de deo non actu cogitanti non eſſet vicioſa fornicatiōis omiſſio timore infirmitatis.aut alterius incommodi corporis:cur ergo viciabitur timore incommodi maioris ſcilicet eterni/ſecus vbi cū illo timore executionem fornicationis impediēte eſſet ipſius complacētia:aut aliud vicians.

Precepti obſeruantia timore pene cum efficaci cō placentia oppoſiti non p hoc vitiatur.

**Secunda concluſio.** Primo aduerſa mēbro:commiſſio operis boni cū diſplicentia inefficaci: vt mali omiſſio cum eius cōplacentia preciſe timore pene facta non eſt vitioſa:ipſa aūt diſplicentia vel complacētia ſic. ¶Id pro ſecunda parte notum eſt:cū huiuſmodi diſplicentia vel cōplacentia precepto diſſormetur. ¶Primā partē oſtēdo:nulla eſt operis ad diſplicentiā eius/vel omiſſionis ad operis cōplacētiam habitudo gratia cuius viciet.pȝ:eſt potius cōtrarietas aliqualis:operis eīm de genere boni nec executio nec efficax velle eſt a nolitiōe que eſt diſplicentia:eius igitur non ab ea maliciā ſumit:nō pariter(vt ſupra oſtēdi)a timore pene:igitur nō eſt vicioſa:idem de operis mali omiſſione. ¶Hanc igitur elice regulam.niſi ſpeciali precepto in certa mor materia caueat de vltimi finis actualiter amati circūſtantia nō tenemur illam actualiter preſtituere aliter quecūꝙ libera hominis operatio nō actualiter de deo cogitantis eſſet peccatū:qd nemo diceret: cū pleruꝙ non ſubdit libero eius arbitrio ad eū aduertere:ſeu de eo cogitare.eſto igitur ꝙ ad actū plene moraliter bonum requireretur vltimi finis amati circunſtantia actualis:nō per hoc ſequitur vniuerſaliter eius carentiam actū viciare: quinimmo tunc erit indifferens:⁊ ita alicuius circunſtantie carentia actū reddit non bonum qui eum non efficit malum.

Precepti obſeruantia mixtȝ dei amore ⁊ pene timore.

**Quantum ad tertium punctum de preceptorum obſeruantia mixtȝ amore finis vltimi:⁊ timore pene vel mercedis amore.** ¶Premitto primam omniū volūtatis affectionū radicem atꝙ originē cōiter eſſe amorē:nō enim regulariter aliquid odio habetur vel timetur vel deſideratur:niſi propter aliquod amatum cui illud eſſe cōueniens vel diſconueniens apprehēditur. Premitto inſuper omnem amorem propter qd ad aliquem amorem non propter quid eſſe reducibilem:ſiue omnē amorem concupiſcētie ad aliquem amicitie amorē. His premiſſis viam vnā cum apparentijs hic aperio. In cauſalitate efficientie ⁊ finis poſſunt ſe habere hi tres actus timor pene/ timor culpe/amor precipientis:vno mō ſit amor pria radix:ſcdo modo timor pene:nomine timoris compreheñſo odio.

**Primo quidem modo** multiphariam aut enim ex amore dei effectiue:⁊ per modum habitudinis finis oriat timor culpe/⁊ ex vno illorum vel ex ambobꝰ timor pene naſcatur:⁊ ſic efficiētie atꝙ habitudinis finalis videt ordo debitus: qm̄ ꝑpter qd vnunqdꝙ tale ⁊ illud magis: illo aūt ordine plus diligitur deus ꝙ odiat culpa ⁊ plus culpa ꝙ pena odit. ¶Alio autē mō ꝙ ex timore pene oriat timor culpe: ⁊ ex vno eorum vel ex ambobꝰ amor dei naſcat:⁊ iſte apparet ordo idebitus ⁊ reducibilis ad aliquē inordinatū amorē ex quo duplex illud odiū.ſ. culpe ⁊ pene exurgat:ille videt inordinatus ſuſpſius amor:cōiter enim odium non eſt ſine amore:imo ſm cōem doctrinā nūꝙ:in pria qdē cōbinatiōe.ſ.timoris culpe ex timore pene vbi qs minime vitaret culpam:immo offendere deū vellet niſi immineret pena:plus odit penā ꝙ culpam:qd eſt odiū inordinatū. Pariter in altera cōbinatione amoris dei ex timore pene orti:plꝰ odit penā ꝙ diligat deū:qd ē inordinatū. In cōbinatione pariter amoris dei orti ex tiore culpe: ſic qd non niſi imminente culpa deū amaret:plꝰ odit culpā ꝙ diligat deū:qd adhuc duplr pōt eſſe:vel plus odiat culpam propter penā inde ſequētē ꝙ diligat deū:aut plus

ADDI. *In cauſalitate efficientie ⁊ finis poſſunt ſe habere timor pene / timor culpe / amor precipientis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

odiat culpã ꝓpter ipſiꝰ culpe turpitudinẽ atqꝫ deformitatẽ q̃ recuſat maculari/ q̃ diligat deũ:ꝛ vtroqꝫ modo id videt̃ ex inordinato ſuiꝑſius amore ꝓcedere.

Secũdo modo amore beatitudinis aut timore pene exñre radice ex q̃ oriat̃ amor ꝟtutis:ꝛ ex aliq̃ eoꝝ vl' ex ãbobꝰ ꝓcedat dei amor:iſto mõ plus diligeret̃ btitudo pluſqꝫ pena timeret̃ qꝫ ꝟtus amaret̃: et plus btitudo aut virtꝰ diligeret̃ qꝫ deꝰ. Et ſm hoc ꝯñter rñdendo videret̃ ad dubium dicẽdum ꝙ ex radice ſcõi mẽbri prime cõbinationis vel ſcõe ſcꝫ ex timore pene vel amore beatitudinis impletio preceptorum orta viciaretur.

Quid aũt veritatis hec cõtinẽt ſint cõcluſiones. P^a ſola dilectiõis dei origo ex amore mercedis vel odio pene nullũ illorũ actuũ viciare ſufficit. Probo:nã ꝙ ad dilectionẽ dei eliciẽdã volũtati coagat mercedis dilectio:vel odiũ pene nulla ex hoc diſſormitas ad rectã rõnẽ ꝯſurgit: ergo nõ viciat̃ hoc ſolo mercedis amor vl' odiũ pene aut dei dilectio:añcedẽs pꝫ cũ nãlis eſt efficiẽtia illa nec i libera volũtatis ꝑtãte actũ eliciẽtis ẽ nõ ei cãm nãlẽ applicatã coagere:q̃ eñ deo nõ ꝑcogitãs mercedẽ ꝑpetuã deſiderabat vel eternã timebat penã/ꝛ occurrẽte dei ꝯſideratione porẽtis mercedẽ dare ꝛ a pena liberare dei amorẽ elicit tũc nõ ei libeꝝ ẽ mercedis amorẽ/aut odiũ pene ĩpedire qn volũtati coagãt. ¶ Qñqꝫ eñ prioritas exñtie eſt cãlitatis efficientie occaſio cõtingit amorẽ ipſius a/ꝓcedẽtem coagere ad ipſius b/dilectionem ſequentẽ/q̃ precedens coeffeciſſet eum.

Amoris ex amore origo efficientia an amorez viciet gr̃a exẽpli amoris dei ex amor mercedis.

Secunda concluſio. Amoris mercedis vel odij pene ſuper dei dilectionẽ exceſſus ſolus gradualis intẽſionis nõ eſt ſufficiẽs aliquẽ illoꝝ actuũ viciare.ꝑbo:ad nullũ certũ intẽſionis gradũ deteriate obligat̃ viator diligere deũ:igit̃( eo moderate diligente mercedẽ ꝛ actu remiſſiori diligẽte deũ)nõ ꝑ hoc aliqs horũ actuũ culpandus eſt.

Amoris ſuper amorẽ exceſſus gradualis an ipm q̃n que viciet gr̃a exẽpli amor/mercedis ſup dei amorẽ

Tertia concluſio. Penes exceſſum appreciationis creature ſuper ipm deũ hic ſumẽda eſt culpa:pꝫ/dꝫ plꝰ qꝫ aliud appreciatiue diligi. ¶ Sed q: ex mõ loquendi cõditionali crudo atqꝫ indiſticto i hac materia frequẽs ꝛ multiplex orit̃ abuſus : cũ dr̃ ſi nõ eſſet mercedis amor vel timor ſeu odium pene/plato nõ deum amaret:aut non alia dei precepta obſeruaret.

Amoris ſuper amorem exceſſꝰ appciatiõis id ebite viciat eum.

Quarta ſit concluſio pro dogmate diligẽter aduertenda. Preciſſa inexiſtentie actus liberi conditio nõ ſufficit ad bonitatem moralem vel maliciã:nec ſola hominẽ merentẽ vel demerẽtem efficit:ſecus actu inexiſtẽte:pꝫ per actum poſſibilẽ aut futurũ nõdum inexñtẽ nõ denoiatur q̃s ex nũc bonus vel malus. Exẽpli gr̃a:ponat̃ ſi ſortes cognoſceret platonẽ amaret eũ charitatiue per hoc nõ dr̃ nunc eũ charitatiue amare nec mereri : ſit piter ita/ſi ſorte cognoſceret robertũ eũ odiret nõ per hoc dicẽdus nũc eũ odire nec demereris. ¶ Quare abſqꝫ merito vel demerito verificantur in ſorte he propoſitiones:diligerem platonem ſi eum cognoſcerem:odirem robertum ſi eum viderẽ. ¶ In hoc enim aberrant communiter nõ aduertentes ꝙ propoſitio hypothetica pure conditionalis non actum inexiſtentẽ ſed conditionem inexiſtentie ſignificat/id eſt conditionem qua ineſſe poſita inexiſteret actus. Donatur itaqꝫ bona inſpiratio cauſa eſſe cur nulla ſit in me furti volitio q̃ alias ineſſet: dico hanc propoſitionẽ in me verã ſine culpa vellem furari niſi eẽt inſpiratio qua nõ actus tanqꝫ inexñs ſed conditio inexiſtentie denotatur:ſcꝫ ꝙ nõ inſpiratiõe poſita ineſſet mihi furti volitio. Hinc ꝛ indocte de timore ſeruili loquuntur dicentes eũ peccare qui timore pene vult peccatũ vitare: id tñ nollet ſi nõ imineret pena. Cõtra

Amoris aut alteriꝰ actus cõditio ſola in exiſtẽtie nõ ponit bonitatẽ vel maliciam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non hic denotaꝛ ineſſe nolle vitandi pctm̄:ſed ꝙ ineſſet vbi nō imineret pena di
co hanc ſolam inexiſtentie actus conditionem non iſtum reddere culpabilem ſe
cus aliquo complacentie actu.

**Dubium ex dictis decidenduꝫ circa com**
mune dogma dicentiū in omni virtutis aut vicij genere elicibilis eſt quedam
cōditionalis virtus aut vicium. Exēplū primi vellē ꝑpetuā ſeruare cōtinētiam
ſi eſſeꝫ ſoluta:vellē moꝛtē pro fide ſubire ſi mihi a tyrāno offerretur toleranda.
Exemplū ſecūdi:vellem foꝛnicari ſi occurreret materia:vellē fidē negare ſi moꝛs
hac conditione ꝓ poneretur:⁊ ita in alijs materijs ꝓut in ſymonia ⁊ vſura in qbus
tales ſolēt conditionales iterponi:vellē pro tpali emere ſpirituale : aut ecōuerſo
ſi offerretur:vellē mutuare grā lucri ꝑter ſortem ſperati ſi ꝓponeretur.

**Dico propoſitiōes huiuſmodi poſſe ſine**
virtute aut vicio verificari immo nullo poſito voluntatis actu : ſed dūtaxat ſit
inexiſtentie cōditio/id eſt illa conditione poſita poneretur actus:verificātur he
ꝓpoſitiōes ſoꝛtes vellet foꝛnicari ſi ei occurreret meretrix:vellet pro tpali emere
ſpirituale ſi ei offerretur ⁊c.nec tamen quis ſani iudicij diceret ſoꝛtē ad huiuſmo
di materias non aduertētem peccare:ſic enim continue peccaret tñ etiā nullius
ꝑcepti eſt in eo trāſgreſſio cū nec commiſſio nec omiſſio.

Cōditiōalis ⁊ ſi abſqꝫ actu verificet ꝯtingit tñ volūta= ſuo arbi= trio elice= re actū vbi differunt vult ⁊ vel= let.

**Dico inſuper pro amplioꝛi rei intelligen**
tia poſſe aliquē dupłr ſe habere. ¶ Uno modo cum actu aliq̄ poſitiuo . ſcilicet cū
volitione quadā complacētie operis:ſeu cum quodā ꝓpoſito explēdi illud ſi oc=
curreret facultas. ¶ Alio modo ſine actu aliquo poſitiuo:ſed cū ꝯditiōe inexiſtē=
tie que eſt ipſa volūtas ſic ſe habens ꝙ actum eliceret occurrente operis faculta
te. Et cōmuniter mō loquendi abutūtur authoꝛes:qm̄ primū ꝓprie dꝫ per verbū in
dicatiui explicari: nā actū poſitiuū cōnotat:ſcđm aūt ꝑ verbū cōiūctiui:ſic ꝓprie
differūt iſte ꝓpoſitiones:ſoꝛtes vult emere ſpūale ꝓ tpali ſi offeratur:ſoꝛtes vellet
emere ſpūale pro tpali ſi offerretur:ꝑma notat actū inexñtē:ſcđa aūt ꝯditionē inexi
ſtentie actus.i.ineſſet ſi poneretur cōditio:quare ſine actu volūtatis ſoꝛtis nō veri=
ficatur pꝛima:ſcđa aūt ſic. Idem in pꝛima ꝑſona dicatur:differūt volo emere ſpūale ꝓ
tpali ſi offeratur vellē emere ſi offerretur. ¶ Quia tñ pro actu inoleuit modus loquē=
di impropꝛi⁹ cōiūctiui vellē ⁊c.iccirco diſtingui poſſet ꝓpoſitio hm̄oi:⁊ dicas poſ
ſe actū iā inexiſtētē denotare:aut cōditionē inexiſtētie actus:nō aūt venit penes
hoc ꝓpoſitio indicatiui diſtinguēda.ſ.volo aut propono emere ſpūale pro tpali
ſi offeratur:nā actū poſitiuū ineſſe impoꝛtet. Fateoꝛ nihilomin⁹ hāc ꝓpoſitionē
volo emere ſi offeratur eē penes cathegoꝛicū ⁊ hypotheticū diſtinguēdam.

Actus du= plex cōdi= tionatus ⁊ abſolutus

**Dico pꝛeterea duplicem voluntate poſſe**
elici opis actū:vnū obiectiue abſolutū:aliū obiectiue cōditionatū penes duplex
iudiciū pꝛacticū:vnū cathegoꝛicū/alterū ꝯditionale. Exēplū ꝑmi/hoc op⁹ ē agē
dū cui ꝯfoꝛmatur iſte actus volo hoc opus agere. Exemplū ſcđi/hoc eſt agēdū ſi oc
currat facultas cui cōfoꝛmatur iſte act⁹ volo hoc agere ſi occurrat facultas(hac di
ctiōe volo lata i hoc totū agere ſi occurrat facultas)ſic ipſa eſt ꝓpoſitio cathego
rica poſſet aūt i ſenſu hypothetico accipi(hac dictiōe volo lata dūtaxat i hoc cō
plexū op⁹ agere(⁊ equalet iſti.ſ.oꝛdine ꝓpoſitionū tranſpoſito)ſi occurrat facul
tas volo hoc agere: in qua denotatur volitio ſeu propoſitum abſolutum agēdi
hoc ſeu quedam huius operis complacentia.

**Ubi pro vtili documento memoꝛandum**
eſt cōiter cū īpoſſibilitate executionis opis/aut nimia difficultate/aut volūtate

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

toꝛpente: tales actus haberi ꝯditionatos/aut abſolutos ꝯplacentie inefficaces: ⁊ queadmodū: vt ſupiꝰ dixi: ſtat cū actu inefficace actꝰ noīe ꝯtrarius efficax: ſic cū actu conditionato. Exēpli grā: cū ꝯplacētia inefficace fornicatiōis abſoluta: pariter cū volitione eiꝰ cōditionata: ſtat eiꝰ efficax nolle: ⁊ ecōuerſo cū inefficace opis nolitione ſeu diſplicētia abſoluta pariter cū nolitione eiuſdē opis ꝯditionata: ſtat efficax eiuſdē opis nolitio. Per hmōi igit̄ actꝰ abſolutos inefficaces: aut cōditionatos cōtingit inſtāte ipoſſibili opis executione aut nimia difficultate: aut volūtatis toꝛpoꝛe demereri in gn̄e maloꝝ: aut in genere bonoꝛum mereri.

**Sequuntur coꝛollaria. Primum.** nulli ad operis executionē impoſſibilitate vſum rōnis hn̄ti/ſecluditur circa opus illō via merendi. ſ. p velle inefficax/ſeu p opis ꝯplacentiā: aut per velle cōditionatū. Pꝫ inſup qd veritati ⁊ cōe dogma ꝯtineat aſſerentiū poſſe āgelo cuiuſlibet gn̄is virtutū aliquā ineſſe: in materijs em̄ quarū executio nō eſt gn̄is eoꝝ/ipſi ꝯditionatos actus poſſunt elicere. ſ. vellē ꝑpetuā ſeruare virginitatē ſi mihi eſſet ſeruandi vel perdendi facultas. Dico vt ſupra ꝓpter illic nō poni actū: ſed bene ſic. ſ. volo perpetuam ſeruare virginitatē ſi mihi aſſit facultas.

Angelo ſi virginitatis virtus ꝯpeteꝛ valeat idē in reliqs materijs.

**Secundum coꝛollarium.** contingit conditionatos volūtatis actus nō in ſe malos eſſe vitādos: pꝫ: cōtingit p accidēs tales incendiū mali pbere: prout iſte ⁊ ſimiles/ vellē aut volo huic mulieri cōmiſceri: aut iſtū occidere ſi nō eſſet prohibitū/hmōi actus q̄tū eſt ex ſe ſunt rōni recte conformes nihilominꝰ ex humane ꝯditionis infirmitate poſſent executiōis operis incendium miniſtrare/⁊ hinc ꝓpter huius periculum viciari.

Actꝰ ꝯditionati nō in ſe mali quoqꝫ vicē incendiū pbent.

## De actuum accidentibus moꝛaliter immutantibus eos. Capitulum. ix.

Moꝛalem actus bonitatē atqꝫ maliciam minuit confuſio: quoniā q̄to confuſioꝛ actus: tanto imperfectioꝛ: tantoqꝫ ab efficacia ⁊ ab executione remotioꝛ: quare non ſemper q̄to certioꝛ eſt prudentia melioꝛ eſt actus ei confoꝛmis: nec cuicunqꝫ prudentie infallibili confoꝛmis actus eſt quocunqꝫ actu cōfoꝛmi prudētie fallibili melioꝛ

Actuū ꝯfuſio minuit boni ⁊ mali ratione.

**Primuꝫ notabile.** q̄to aliqs actꝰ eſt pluriū/tanto ē cuiuſlibet eoꝝ magis indiſtinctꝰ: talis aūt indiſtinctio ꝯfuſio appellat̄. Exēpli grā: noticia hoīs eſt indiſtincte oīm hoīm repſentatiua: ⁊ ita eſt eoꝝ ꝯfuſa: eorūdē aūt hoīm magis ꝯfuſa eſt aīalis cognitio gn̄ica: ꝯfuſioꝛ ſubē: cōfuſioꝛ entis: ſic ⁊ volūtatis actꝰ illis noticijs corrn̄dētes hoc mō explicabiles: volo aut diligo hoīeꝫ aīal/ſubāꝫ ens. Idē em̄ ex pte collectionis ꝯtingit. Exēpli grā diligo iſtos: diligo iſtos ⁊c. demonſtrentur duo: deinde quatuoꝛ: ⁊ ſic vltra. dico vbi maioꝛ demonſtratur pluralitas: eſt maioꝛ indiſtinctio atqꝫ confuſio.

Confuſus actus ē indiſtinctus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Actiones ſunt ſingularium.

**Secundum notabile.** Dicit cōiter actiōes eſſe ſingularium/ atq; liberas operum executiones eſſe ab actib⁹ volūtatis ſingularib⁹/ hic ſermōes vniuerſales q̄ valde certi ſunt/ ſūt dicti inutiles/ q2 nō executiui. Exēpli grā/ iſte actus nō eſt executiuus volo aliquē occidere. Iſte aūt ſic/ volo occidere iſtū/ pariter volo dare elemoſynā alicui/ ſed bn̄ volo dare iſti. ¶ Uerūtn̄ iſtud ſane intelligēdū eſt ⁊ nō indiſtincte accipiēdū aliq̄ eīm teſtāte volo bona mea aliquibus dari paupibus fieret dnūj tranſlatio/ fateor hāc non eſſe per modū effectiue imperātis efficientia proprie dicta/ q̄liter dicimus operationes corporis exteriores efficienter eſſe a voluntate.

Cōfuſio actus moraliū minuit bonitatē atq; maliciam.

**Prima concluſio.** Moralem actus bonitatē ſiue maliciā minuit cōfuſio actus. p3 ex dictis: minus diſticte h3 boni vel mali rationē. Sequunť corollaria. Primū: melior moraľr eſt iſte actus: volo iſti dare elemoſinā hoc actu/ volo dare elemoſynā alicui: ⁊ iſte volo occidere iſtū hominē: deterior/ hoc actu: volo occidere aliquē hoiem. Scdm̄ corollarium ſortes in capite q̄drageſime hunc habeat actū/ nolo ieiunare in q̄drageſima: ⁊ alter nolitiones dierū ſingulorum pticulares neuter ieiunet: ceteris alijs paribus graui⁹ peccat ſcd̄s diſtinctis illis nolitionibus q̄ primus illo actu cōfuſo/ ſic vnus quatuor diſtinctis volitionibus volens quatuor hoies necare grauius peccat q̄ alter vnico volūtatis actu illos q̄tuor occidere volens.

Act⁹ pōt eſſe cōfuſ⁹ multipľr.

**Secunda concluſio. Actus confuſus in** coniunctim vel diſiunctim eſt ceteris alijs paribus i bonitate vel malicia minor actu bono eorūdem obiectorum copulatim vel copulatiue aſſumptorum: p3 q̄tum eſt ex ſuo mō eſt indiſtinctior atq; ab executiōe remotior. Exēpli grā: iſte actus volo vtrūq; iſtorum occidere eſt deterior iſto volo aliquē iſtorū occidere: ⁊ ita i alijs p ariter volo iſti indigēti ⁊ iſti dare eſt melior iſto/ volo iſti vel iſti. Fateor ipſum facilius poſſe viciari iſte pariter actus eſt danda elemoſina alicui: eſt iſto minus bonus: eſt danda iſti qui tamen eſt difficilius obliquabilis.

Act⁹ boni vl mali diſiūctus an ſit malus.

**Primum dubium.** An iſte actus volo bene vel male agere ſit malus. ¶ Reſpondeo negatiue q̄tuz eſt ex ſe: oſtendo: iſte actus genericus nō eſt mal⁹ volo aliqd agere: q̄ tn̄ ſub diſiunctiōe illa illa duo mēbra icludit: nā agere: cōe eſt ad bene agere ⁊ male agere: dixi q̄tū eſt ex ſe: qm̄ cū illo actu poſſet eſſe alius indifferentie actus. ſ. propoſitum ſiue fuerit opus bonū ſiue malū operādi illud: ⁊ iſte act⁹ foret culpabilis nō pmus. ¶ Quēadmodū igiť ad diſiūctiue veritatē ſufficit vni⁹ ptis veritas: ſic ad licite eē volitā ſufficit vni⁹ ptis retitudo: ad copulatiuā pariť eē obliquā ſufficit vni⁹ ptis obliq̄tas: vtraq; aūt diſiūctiue pte exn̄te obliq̄vr̄ act⁹ nō eē difformitatis ptis deterioris: ipſi⁹: aūt copulatiue vtraq; pte exn̄te obliq̄: volitio toti⁹ ē deteriori pte deterior ceteris alijs parib⁹: qd̄ addo: qm̄ poſſet aliūde ſurgere aggrauatio.

Actus tertius medū ⁊ finis.

**Secundum dubium.** Actus tertius qui eſt medū ⁊ finis eſſet minus bonus q̄ aliquis actus extremorum: cū ſit ꝯfuſior: pariter actus p obiecto hn̄s materiā cū circunſtātijs min⁹ bon⁹ q̄ hn̄s p obiecto materiā tm̄. ¶ Rn̄deo negatiue: ⁊ ad obiectionē dico plus bonitatis affert hmōi additamētum/ q̄ auferat ꝯfuſio ſeu indiſtinctio.

Actuū pluralitas obiectiua bonitatē aut maliciā ed augerī q̄

Moralis bonitatis atq; malicie augmentum pbet pluralitas obiectiua: non quidē geometrica proportionalitate: nec proprie arithmetica vt falſe dogmatiſari ſolet: ſed potius iproportionalitre: cum actuum interiorum differentiam ſpecificaz

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

faciat pluralitatē inequalitas. ¶Sic de alia obiecti ma gnitudine aut reliquorum circunſta utionaliter actum re ſpicientium. lib.fo.49. co.3.⁊.4.

**PRimum notabile: intenſum re**miſſum/magnũ paruũ/multũ paucum ſub his rōnibus faciũt actuũ interiorũ drām ſpecificā/vt alias oſtēdi. Hi em̄ act⁹ ſpē differũt/diligo ſortē bonũ:diligo ſortē meliorē appeto honorē puũ/appeto honorē magnũ/volo ſemel ieiunare/volo bis ieiunare hmōi autē cōditiones nō obiectiue/ſꝫ circũſtātes atq̄ cognite circũſtare/⁊ ſi nō ſpeciē nature ſpeciē tñ moris immutare poſſunt.

**Secundum notabile. proportio eſt duo**rũ cōparabiliũ habitudo/ꝓportionalitas aũt eſt ipſarũ ꝓportionũ habitudo. ¶Proportionalitas quidē geometrica eſt portionũ equalitas/prout inter.iij. viij.xvj. eſt geometrica proportionalitas/nā vbiq̄ proportio dupla. ¶Proportionalitas aũt arithmetica eſt exceſſum īter comparata equalitas/prout īter. j.ij.iij.iiij.nam exceſſus eſt.j.pariter inter.ij.iiij.vj.viij.vbi exceſſus eſt.ij.Sequitur perfectiones rerũ eſſentiales nō eſſe ꝓportionales ſed improportiōales:ſeu improportionaliter vna aliā excedit. Exempli gratia/improportionaliter homo eſt equo perfectior/iſti pariter act⁹ volo occidere vnũ/volo occidere duos/ volo occidere q̄ttuor ſunt improportionales:ſilr iſti volo occidere vnũ/volo occidere duos /volo occidere tres/nā ſpecie differũt.

Proportio q̄d proportionalitas ⁊ q̄tuplex.

Perfectionis rerũ eſſentiales non ſunt ꝓportionales.

**Prima concluſio. Moralem bonitatem** atq̄ maliciā auget pluralitas obiectia aut magnitudo ceteris alijs paribꝰ.pꝫ: ſimile additũ ſimili auges ipm/hinc volens occidere duos grauius peccat volente occidere vnum/aut volens bis furari/volente ſemel furari aut volens furari multum/volente furari paucũ idem ex parte boni in his actibus volo ſubuenire vni:volo duobus ſubuenire/volo ſemel deo ſeruire/volo bis ei ſuire ⁊c. Ex pte ſilr obiecti offenſi q̄ui⁹ delinq̄t maiorē offendēs aut offēdēs magis bñfactorē/⁊ intelligo vt dixi/ceteris alijs partibus/quoniam aliūdē circunſtantiarum diſparitas conditionem rei immutare poſſet. Exempli gratia:ex certa circunſtātia poſſet vnitas vel paucitas vel paruitas eſſe alicui licita/⁊ nō pluralitas vel magnitudo:prout ꝯtingit alicui debili eē licitũ ſemel ieiunare⁊ nō bis: aut pauperi licitũ eſt denariũ vnũ alijs pauperibus porrigere/⁊ non duos/aut paruũ appetere honorē/⁊ nō maiorē. Alie quidē circũſtātie poſſent etiā diſparitatem addere quare intelligēdũ eſt infra latitudinē ſui generis:ſcꝫ boni in bonis/⁊ mali in malis/⁊ alijs ceteris paribus.

**Secũda cōcluſio. Pluralitas obiectiua** nō proportionaliter geometrice/aut arithmetice ꝓportionalitate ꝓprie dicta auget/ſꝫ poti⁹ iproportionaliter:oñdo primo act⁹ hmōi differũt ſpecie tñ etiā/ act⁹ ꝓ obiecto īfinitatē habēs eſſet īfinite bonitatis. ꝓbo:īfinita ꝓportiōe melior eſſet actu habēte ꝓ obiecto vnitatē de ꝓportionalitate em̄ geometrica eſt clarũ vcꝫ ſi velle occidere vnũ ⁊ velle occidere duos ⁊ velle occidere q̄ttuor:⁊ velle occidere octo ⁊c. ſe haberēt vt illi numeri ſic velle īfinitos occidere infinita ꝓportione eſſet actu primo deterior/immo quocunq̄ citra ⁊ idem de arithmetica proportionalitate oſtendo/nam certi exceſſus etiam q̄ntulicunq̄ equalitate retenta aſcendendo ab vnitate non eſſet ſtatus coordinationis talium actuũ/ quorum īferior eſſet ſubduplus ad aliquem ſuperiorē/⁊ iſte ſubdupl⁹ ad aliquē

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

eo ſuperioꝛē.⁊ ſic in infinitū/vt pꝫ in hac numeroꝛū arithmetice ꝓpoꝛtionaliuꝫ coordinatiōe.1.2.3.4.5.6.7.8.⁊c.in īfinitum ꝓcedēdo/vbi vnitas eſt ſubdupla ad aliquē eoꝛū ſcꝫ ad.2.et.2.eſt ſubduplꝰ ad aliquē ſcꝫ ad.iiij.⁊.iiij.ad aliquem ſcꝫ ad.viij.⁊ ſic ſine ſtatu/q̄re actibꝰ ita ſe habētibꝰ ꝯſtat/ꝙ infinite malicie eſſet iſte/volo occidere īfinitos.¶Dixi ꝓpoꝛtionalitate ꝓprie dicta vcꝫ ipſoꝛum comparabiliū/nam imaginabilis eſt quedam proportionalitas differentiarū ſeu exceſſuuꝫ ipſoꝛum compabiliū aut additamentoꝝ.Ponaꝛ igiꝛ volitio īfinitatis mala vt duo ⁊ volitio vnitatis mala vt vnū/ſic oēs actꝰ mediātes eſſent mali ſupra vnum ⁊ intra duo/gratia exempli/volitio duoꝛum eſſet mala vt vnum cum dimidio/⁊ volitio triū mala vt vnū cū dimidio/⁊ cū quarta parte/⁊ volitio quattuoꝛ mala vt vnū cū dimidio/⁊ quarta/⁊ octaua/⁊ volitio quinqꝫ mala vt vnū cū dimidio/⁊ quarta/⁊ octaua/⁊ decia ſexta:⁊ ſic in infinitū vſqꝫ ad volitionem infinitatis q̄ mala eſſet vt duo hmōi em̄ proportionalitas verꝰ eſſet in actibꝰ eiuſdē ſpēi intēſe moꝛis creſcētibus/a circunſtantijs circunſtantibus non permutantibus ſpeciem.¶Sequunꝛ coꝛrollaria. Primum ſolutio ieiunij ſymonis ⁊ iude vna nolitiōe eſt trāſgreſſione vniꝰ ſoliꝰ apoſtoloꝛū ceteris alijs paribus grauioꝛ:non autem in duplo.¶Pariter ſolutio ieiunij profeſti omniū ſanctoꝛū eſt grauioꝛ hoc anno ꝙ elapſo ceterꝫ alijs paribꝰ:ꝓpter maioꝛē ſanctorū pluralitatē/nō aūt in ꝓpoſitiōe pluralitatꝫ ad pluralitatē:dixi ceteris alijs paribus nō em̄ illa trāſgreſſio eſt trāſgreſſiōe ieiunij natalis domini/aut veneris ſancte deterioꝛ/qm̄ eſt illic maioꝛ confuſio atqꝫ indiſtinctio/vni pariter ſpecialius vnus dies ꝙ alius attribuiꝛ/tum etiā maiꝰ eſſet hic ſcādalū/atqꝫ cōtēptus verꝰ vel interpꝛetatiuꝰ/quare grauitas maioꝛ.¶Secundum coꝛollarium immediata ⁊ directa cauſa infinite durationis pene dānatoꝛū non eſt(vt quidā dogmatiſant)foꝛmaliter īfinita bonitas obiecti offenſi: tū qꝛ per ventale offendiꝛ ⁊ contra eius legem agiꝛ vt alibi oſtendo/tum etiam ſic actus dei offenſiuus eadem rōne foret infinite malicie dicendus.Fateoꝛ igiꝛ magnitudinem obiecti offenſi aggrauare/quiqꝫ dignū offendit peccat/⁊ qui digniorē grauiꝰ peccat:ſꝫ nō magnitudinis ad magnitudinem proportione.¶Dico igiꝛ directā atqꝫ immediatam infinite durationis pene damnatoꝛū cauſam eſſe diuinam volūtatē ſic inſtituentē/in cuiꝰ mera poteſtate obedientiali ſunt cūcte creature/nō dico huic cōgruentias deeſſe.

Perpetuitatis pene dānatoꝛuꝫ cauſa.

Pctm̄ q̄ deū qꝫ directe ī deuꝫ an ſit q̄cūqꝫ alio grauiꝰ.

## Primum dubium.

an omne peccatū quo directe ⁊ immediate deus offendiꝛ/ſit quocunqꝫ alio peccato in pꝛoximum patrato grauius:gratia exempli periurium homicidio?Reſpōdeo ad dubiuꝫ negatiue/quinimo:nō incōuenit directe in deum eſſe ventale pariter aliquod moꝛtale aliquo moꝛtali directe cōtra pꝛoximū leuiꝰ. Ad exemplū aūt adductū ſunt opiniones.Una ꝙ ſic ꝓpter iniuriam atqꝫ ꝯtumeliam in deū directam/qua ſcꝫ quis vocans deū in teſtem falſi deo attribuit eſſe mendacem cum nequeat eſſe falſus teſtis niſi mendax ſit hec ratio non vñiter cōcludit vt dixi.Eſt alia opinio cōtraria cuius motiuum eſt iſtud per homicidiū tolliꝛ eſſe offenſi nō per periuriū/hec ſuaſio pariter nō cōcludit/quoniam quandoqꝫ ipſiꝰ directe offenſi dignitas cū parua vel nulla eiꝰ incōmoditate plus aggrauat ꝙ maioꝛ iactura alterius offenſi minꝰ digni.¶Dico igiꝛ pro rei cōcoꝛdia/dupliciter poteſt quis in periurio ſe habere/pꝛimo de eterna bonitate ⁊ veritate male ſentiēs ei foꝛmaliter attribuēdo eſſe mēdacē/⁊ poterit hoc modo periuriū eſſe homicidio grauiꝰ.Alio modo nō ſic foꝛmaliter id deo attribuēdo/ſꝫ quodaꝫ motu deū in teſtē inuocādo quatenꝰ ei credaꝛ/⁊ hoc piurio poterit homicidiū eſſe grauius.

* Dupꝛr pōt q̄s ſe hr̄e in piurio.

Pctm̄ ī digniorē patratū an ſēper ſit grauius.

## Secundum dubium.

an circa deū q̄cūqꝫ offenſa dignioris ſit q̄cūqꝫ offenſa minꝰ digni grauioꝛ ¶Reſpōdeo non:oſtendo:contigit aliquē voto aut alio ſpeciali vinculo obligari in aliquibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rl in aliquibus alicui obedire:⁊ nõ alteri digniori:aut minus obligari iſti ꝙ il
li:⁊ ſic grauior erit offenſa atqꝫ inobedientia in minus dignũ patrata: niſi hic
digniorem appelles cõparatiue vcꝫ cui quis magis aſtringitur, obedire: hinc
in ſuperioribus deciſionibus poſui,ceterorum paritate ſeruata.

Moralem bonitatem atqꝫ maliciam augent ꝓ
portionaliter geometrice ceteris aliȷs parib⁹
gradualis intenſio continuatio:atqꝫ repeti-
tio. ¶ Poſita autem indiſparitate nedũ non
augere:veruꝫ de genere in genus videlicet bo
num in malum:aut malum in bonum mutare contingeret.

Actuũ intẽ ſio ꝯtinua tio ⁊ repeti tio augẽt ꝓ portiõalit' geometri ce.

## Primũ notabile.cõtingit actus

liberi creſcẽtiã eſſe a naturali cã quã neqꝫ voluntas ipedire eli
ciẽs actũ:prout eſt habit⁹. ¶ Pariter cõtingit gradũ poſterio
rẽ aduenire paſſo aliter ꝙ prius diſpoſito aut certã hr̃e obli-
gationẽ quã nõ prior actus:cõtingit eñ certũ deuotiõis feruo
rem nõ turbare corpus aut aiam notabiliter aũt inteſiorẽ ſic:
aut cõtra cõſciẽtiã eſſe cõtra quã nõ erit actus remiſſior: ſic per oĩa de ꝯtinua-
tione: aut de eiuſdem actus in ſpecie repetitione.

Act⁹ liberi creſcẽtiã qñ qꝫ ẽ a nãli cauſa.

## Secũdum notabile.quidã ordine ſcõm

prius ⁊ poſterius diſcriminãt. Primo qdẽ in malis:dicit Godefredis in quoli-
betis:grauı⁹ peccat qui primo tãgit nõ ſuã ꝙ q̃ ſcõo eã tãgit. ¶ Cõtra eodem
precepto omnis talis actus prohibet:nec ꝯtrũ ex hoc eſt circunſtãtia alleuians
ſcõm actũ potius ꝙ primũ ꝙ ſi aliqua fuerit nõ eſt de per ſe:quinimo aliq̃ etiã
interuenire poteſt aggrauans ſcõm actũ ſuper primũ. In bonis aũt dicit Ro-
bertus olkot:primũ actũ meritoriũ eſſe meliorẽ ꝙ ſit aliqs ſequens ſimilis illi:
nam ille nedum eſt glorie meritorius ſed culpe remiſſiuus atqꝫ eterne pene in
tẽporalẽ cõmutatiuus. ¶ Hec eſt inefficax ratio:tũ primo:actus ſequẽs primuꝫ
ꝯtum eſt ex ſe eſſet eque meritorius illoꝝ vbi materiã inueniret: tum etiã illa
ſunt bonitate actus poſteriora ꝙ enim ab aqua forti aliquid iã mũdũ nõ mũ-
detur:qꝛ ſcꝫ nulla ſupereſt ſordities nõ arguit minorẽ aque virtutẽ: igit ⁊c. Pre
terea premȷ accidentalis additio nõ maiorẽ arguit moralẽ bonitatẽ:quare ꝯ-
tum eſt ex hoc ſolo:dico nõ eſſe actuũ diſcrepãtiã ſecus vbi eſſent act⁹ ſpẽ diffe
rẽtes illa pro obiecto aut pro circũſtãtȷs circũſtãtibus a volũtate ꝯſtitutis ha
bentes.contingit enim hunc actum:volo hec pro reparatiõe offenſe in deũ atqꝫ
cõmutatiõe eterne pene in tẽporalẽ eſſe meliorẽ hoc actu volo hoc nõ illis cau
ſis:iſti enim actus ſpecie differunt.

Actuũ ordo ſm prius ⁊ poſterius qd operet.

## Tertiũ notabile.prioritas aut poſterio

ritas etiã ceteris aliȷs parib⁹ põt ꝯtrũ ad aliqd accidẽtale extra bonitatem vel
maliciã cõferre. Ad qd elucidãdũ pmittat ꝙ irremediabilis ipotentia copule
carnalis pcedẽs ipedit matrimoniũ cõtrahẽdũ:ſequẽs aũt nõ dirimit cõtractũ
ſimiliter affinitas ipedit ꝯtrahẽdũ q̃ ſequẽs nõ dirimit cõtractũ. Idẽ de religio
nis voto. In his eñ caſib⁹ act⁹ volũtatis pcedẽs aliqd roboris hꝫ qd nõ ſeqns
quinimo(vt i pmo notabili dixi)etiã in bonitate vel malicia ꝓpter alioꝝ diſpa
ritatẽ poſt votum eñ:ſimplex cõtrahẽs prima vice ſue vxori debitũ reddẽs pec
cat nõ aũt ſequentibus vicibus:vtriqꝫ eñ cõiugũ ante copulã liberũ eſt religio-
nem:ingredi ſic neuter ad primam abſolute obligatur: ⁊ per conſequens voto

✱ In aliqui b⁹ caſib⁹ ac t⁹ volũtatis pcedẽs ali qd roboris hꝫ qd nõ ſe quens.

k

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

preaſtrictus peccat primo reddendo. hoc autem facto obligat̃ reddere petenti/ non tamen licet ei petere/ dico igitur in precedẽtibꝰ ⁊ aliȷ̃s hmõi caſibꝰ aliquid roboris habet volũtatis actus poſterioꝛ/ quod non habuit prioꝛ.

## Prima concluſio. moꝛalem bonitatem

atq̧ maliciã augent proportionaliter geometrice (ceteris aliȷ̃s paribꝰ) gradualis intenſio/ cõtinuatio/ atq̧ repetitio probo: nõ minus prohibent duo actꝰ odiȷ̃ proximi cõſtituẽtes vnum ꝙ ipſi diſparati atq̧ interruptiue repetiti nec minꝰ ſtricte cõtinuatio pro determinato tempore ꝙ pro tempore equali ꝓcedẽte: neq̧ minus iterruptiue ſcdo repetitꝰ ꝙ ſimilis precedẽs. Sequit̃ corollariũ cõtingit aliquẽ vnius homicidã eque grauiter peccare cum occidẽte deos aut tres quorũ quilibet eſt eq̃lis primo. Et id multicipliter. Primo penes gradualẽ volitionis homicidiȷ̃ feruoꝛẽ equiualẽtem plurium volitionibꝰ remiſſis/ ſic enim actu feruenter itenſo occidẽs vnicũ eque grauiter vel grauius peccaret ꝙ alius actibus remiſſis prures occidens. Secũdo penes cõtinuationem qua cõtingere põt per actum efficacem cõtinuatum grauius peccare/ eo qui actibus remiſſis cito trãſeũtibus plures occideret. Tertio penes repetitionem qua quis frequenter actum efficacem occidẽdi ſoꝛtem repetẽs/ grauiꝰ peccaret ꝙ paucioꝛibus actibus occidẽs plures. Nedum igit̃ conſiderãda eſt operum exterioꝛum pluralitas/ ſed ad idem opus exterius feruoꝛ actus interioꝛis/ aut diuturna eius continuatio/ aut frequens repetitio. Et idem reſpectu operis boni dicẽdum.

Occidens vnicũ cum actu iteriori itẽſo aut actibꝰ repetitiꝫ eq̃ grauiter peccat cũ. occidẽte longe plures; nõ taliter.

## Secũda concluſio. poſita diſparitate cõ

tigit piõtate ⁊ poſterioꝛitate fieri nedum in eodem genere ſm magis ⁊ minus: verumetiã de genere in genꝰ mutationem/ pꝫ in caſibus primi notabilis vbi eẽ eſſet mentis vel coꝛpoꝛis diſpoſitio actum remiſſum ſine nocumẽtis ferre/ ⁊ nõ notabil'r intenſum aut nõ diu cõtinuatum/ aut nõ frequenter repetitũ/ ſic itenſionis aut cõtinuationis aut repetitionis exuperãtia viciaret actuꝫ remiſſo vel mox trãſeunte aut nõ repetito preexiſtẽte bono/ preterea ſit cõſcientia experãtiam illã dictãs eſſe reſecãdam/ ⁊ non reſecet̃ viciat̃ altero citra creſcentiam illam preexiſtente bono/ qnimmo a ſuperioꝛi dari poſſet preceptũ cõcedẽs actũ primum/ prohibens aũt ipſum iterãdum vel diutiꝰ libere cõtinuãdum.

Exterioꝛuꝫ opum nec pluralitas eſt ↄſiderãda ſꝫ iterioꝛum itẽſio aut ↄtinuatio aut repetitio.

## Dubium. an peccatum ſit aliqua plurali

tas: cuiꝰ nulla vnitas pctm̃ eſt? videt̃ qꝺ ſic/ in his quoꝛũ nullũ ſeoꝛſum eſſet peccatum nihilominꝰ ex additione vniꝰ alteri efficit̃ quis peccatoꝛ/ aut quodlibet ſeoꝛſum eſſet veniale/ ⁊ ex additione efficit̃ qs moꝛtaliter peccatoꝛ: ſic apparet cõcedendum totam collectionem eſſe peccatum/ vel eſſe pctm̃ moꝛtale/ ⁊ nullum ipſius collectionis eſſe tale. ¶ Reſpondeo id dupliciter accidere poteſt: vno modo cum ſucceſſione/ alio modo ſimul. ¶ Primo quidem modo: vꝫ quod primo trãſeunti aduenerit ſecũdum/ ⁊ ſic propter diſpoſitionem quã fecit primum cõtingit ſcd̃m eſſe peccatũ/ aut eẽ moꝛtale primo nõ ꝑexiſtẽte tali. ¶ Secũdo autẽ modo propter mutuum auxiliũ contingit aliq̃d induci culpabile quale a nullo ſeoꝛſum induceret̃/ quare vtrunq̧ viciabit̃. Exempluꝫ promptum eſt de duobꝰ vulneribus quoꝛum neutrum ſeoꝛſum notabiliter lederet ſcilicet neutro ſuccedente alteri vel coaſſiſtente/ ratione autem ſuccedentie vel coaſſiſtentie fit notabilis leſio. Dico enim contingit per ſuccedentiam ſecundum fieri peccatum: vel fieri moꝛtale primo non preexiſtente tali/ per coaſſiſtentiam autem vtrunq̧ eſt tale/ non igitur in hoc caſu verificatur ſophiſma iſtud/ hec duoꝛum collectio eſt peccatum/ ⁊ neutrum eoꝛum eſt peccatum.

¶ Patet igit̃ quid ſit dicendum ad caſum iter theoꝛicos cõmuniter ꝓclamatuꝫ de quatuoꝛ racemis ablatis dãnũ notabile cõſtituẽtibus ⁊ nõ citra. ¶ Reſpon

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſeo vt ſupra dupliciter cū quatuoꝛ volitionibꝰ executio fieri pōt. Uno mō ſucceſſiue:ꝛ ſic q̄rta volitio alijs tribus trāſeūtibus manet peccatū moꝛtale:q꞉ efficit notabilitatē dānī:q̄ ſi elicita fuiſſet pꝛima ipſa nō fuiſſet talis. ¶ Scđo autē mō eis ſimul elicitis:ꝛ ſic eaꝝ q̄libet eſt peccatū moꝛtale ꝑpter reliquaꝝ trium aſſiſtētiā ꝑpter quā coefficit dāni notabilitatē:dicere igiť eaꝝ collectionē eſſe peccatū moꝛtale:ꝛ nullā collectiōis partē eſſe talē abuſus eſt. Fateoꝛ hunc non grauiꝰ peccare altero ꝓ q̄rtā:nec icōuenit vnū moꝛtale eſſe pluribꝰ moꝛtalibꝰ eq̄ graue. Ex his ptꝫ ad ſi̇les caſus reſponſio:eius em̄ qui ſucceſſiue aio maliuolo eruit a pꝛimo duos oculos deterioꝛ eſt volitio eradicatiōis ſcđi ꝙ pmi:q꞉ maioris dānoſitatis re nūc ſic ſe habēte:vbi aūt ſimul eruerenť eſſent equalis malicie volitiones ceteris alijs paribus pono oculos eque bonos ꝛc.

Dānū notabile ex multitudine q̄ modis eſſe poteſt.

Culpa poſterioꝛ non nūq̄ eſt ſiti priori deterioꝛ.

# Secundum dubium de actoꝛibus quale precedens de actibus.

¶ Reſpōdeo ꝓpoꝛtiōaliter exēpli gratia poſt pꝛimū vulnꝰ ab vno illatū aut poſt tres racemos ab vno ablatos:ſcđs illud ſciēs dat ſcđm vulnꝰ illi ſi̇le:aut aufert quartū racemū.iſte peccat moꝛtaliter qualiter nō pꝛimus qui damnum notabile inferre non intēdebat:quare q̄ paruꝫ quātitate furať grauius peccat altero triplum furante.nam plus ledit cōparatione ad facultates eius a quo furať. Si aūt ſimul de ſe inuicē nouerit: ſic eoꝛum quilibet moꝛtaliter peccat. ¶ Quantum autem ad reparationē atq̄ reſtitutionem,dicendū (gratia exempli quatuoꝛ hominibus quatuoꝛ racemos ab eodē rapientibus)aut hoc fit nullo eoꝝ de altero ſciēte:nec etiā dānum notabile facere volente:ſic nullus moꝛtali furto peccat. Quolibet aūt de alijs ſciēte.nec tamē alteri ſuadente vnuſquiſq̄ peccat moꝛtaliter.nā ſcienter dāni notabilitatem coefficit:nō tamen quilibet obligatur reſtituere in ſolidū, ſed dūtaxat ablatū. Quolibet aūt de alijs ſciente ꝛ eis ſuadente:quiſq̄ moꝛtaliter peccat:ꝛ quilibet tenetur in ſolidum alijs non ſatiſfacientibus procuret igiť q̄ſq̄ integrā fieri reparationem:vno tamen ſatiſfaciente quilibet ergo pꝛimum ab ſoluitur. Poſſet imutari caſus:vcꝫ aliquo eodē hec pluribus ſubtrahente q̄ ab vno ſolo ſubtracta dānum cōflarent notabile:pone nullū ablatoꝝ ſeoꝛſum eſſe peccatū:ſi dicas eū nō peccare per hoc ꝙ nemo imputabiliter dānificať:ſequiť poſſe ex hmōi ablatis aliquē opulenter ſine peccato ditari:cum ex multis taliū minimoꝛum poſſit vnum multum conſurgere:dico hoc illatum non eſſe inconueniens nō aliunde extante intentione mala:aut alia circūſtātia viciante.

* An poſſit aliq̄s opulēter ſine pctō ditari ex ablatis.

Multiplicatis obligationibus augetur bonitas atq̄ malicia ſiue directe ſiue indirecte:ꝛ per accidens operi interueniat obligationis augmentum:potiſſime in bonis quando innoteſcente obligatiōe fit opus ſecundum quod huiuſmodi:in malis autē ea cognita aut cognoſci debita:hinc operatio ſub iure diuino cadens reddiť per ius ciuile:deinde ꝑ ius canōicū repetita melioꝛ aut deterioꝛ:idē de alioꝝ generꝝ legibꝰ a legiſlatoꝛibus obligare potentibus repetitis.

Obligationis augmētū bōitatē auget atq̄ maliciam.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Obligat o dupl'r opi accidere pt

Precepti op⁹ dupl'r fieri p̄t vno mō vt p̄ce- pti alio mō nō vt huius modi.

# PRimum notabile. dupliciter pōt

operi accidere obligatio: vno mō directe: vꝫ per expreſſam ſupio ris intētionē ad opus obligare volētis. Alio modo idirecte ⁊ per accidens: vꝫ quando non eſt expreſſa ad opus illud ītētio obli gātis: ſed ex circunſtātia naſcitur obligatio. gratia exēpli: in ope de ſe indifferēti qḋ efficeretᷣ mediū neceſſariū ad precepti obſeruātiā: taliter ēt operis ad qḋ preerat directe obligatio pōt indirecte augeri oꝛiēte ſcādalo: aut graui detrimēto ex hmōi operis omiſſione ſub precepto precadentis.

# Secūdum notabile. dupliciter fieri pōt

opus ſub p̄cepto cadēs. Uno mō vt hmōi vꝫ ꝑ modū obediētie atꝗ ſatiſfactio nis p̄cepto. Alio mō nō vt hmōi. grā exēpli. qn̄ nō inoteſcit obligatio aut ea inoteſcente nō fit opus per modū obediētie: ſꝫ ex bn̄placito: aut qꝛ eſt recte rōni moꝛali cōfoꝛme. ¶ Preterea. ea nō inoteſcente duplex poteſt eſſe ignoꝛantia: videlicet inuincibilis: ⁊ vincibilis.

Op⁹ idē ꝯti git a diuer ſis p̄cipi.

✠ Moſaice legis p̄ce ptū moꝛa le forti⁹ li- gari euāge lio repertiū ꝙ antea.

# Tertiū notabile a multiplici legiſlatoꝛe

pōt ius robur aſſumere obligādi: pn̄t em̄ multi idē opus idē p̄cipere. Exempli gratia idē ius diuinū aſſumitᷣ in lege ciuili cū roboꝛe obligādi: ⁊ iterꝫ canoniza tur tale ius ciuile cū alio obligādi roboꝛe: ſic eꝗ foꝛtius ligat ꝙ vnico illoꝛum modo. Hic moſaice legis p̄ceptū moꝛale forti⁹ ligat i euāgelio repertū quā an tea: pariter ad op⁹ diuini p̄cepti iterꝫ voto firmatū eſt maius vinculum.

# Pꝛīa concluſio multiplicatis obligatio

nibus augetᷣ opis vt hmōi facti bonitas atꝗ malicia: ſiue directe ſiue idirecte iteruenīat hmōi obligatiōis cremētū: ꝓbo qꝛ ꝑ hoc eſt maioꝛ ad rōnē rectā con foꝛmitas aut diffoꝛmitas. tū etiā malicia: qm̄ obligatiōis cremētum opera tionē ducit ad peccati moꝛtalis maliciā: aut de minoꝛi moꝛtali ad moꝛtale gra uius. De bonitate aūt: qm̄ circūſtātiā obediētie ſupaddit q̄ maioꝛ eſt ꝙ victima Dico igitᷣ ceteris aliis parib⁹ idē op⁹ ex obligatiōe factū meli⁹ eſt ꝙ ipm ex ar bitrio grā honeſtatis ei⁹ foret: ⁊ ita in malis in qb⁹ etiā obligatio inoteſcēs ad dit in obediētie circūſtātiā. Sic igitᷣ diligere deū ex obediētia tpe ꝓ quo eſt obli gatio: eſt ceteris alys parib⁹ meli⁹ ꝙ eū diligere nō ex obligatiōe vꝫ tpe ꝓ quo nō eſt ad hoc obligatio. Cōſideret igitᷣ religioſus ꝙtū meriti cremētū ex ꝓpꝛie volūtatis abdicatiōe aſſequatᷣ: lōge plus meretᷣ ꝑ op⁹ ex obediētia ſui p̄lati: aut vinculo voti factū ꝙ per illud volūtarie ſine obligatione meruiſſet.

Op⁹ ſub vo to cadēs fa ctū vt ſic eſt melius.

Bonitas q̄ cūꝗ p̄cepti anꝗcūꝗ cō ſilÿ bonita tē exuperet.

# Secunda concluſio. quāuis eidem ope

ri obligatio adueniens bonitatem augeat non tamen eſt quoꝛūdam infallibi liter certa ſententia aſſerentium huiuſmodi bonitatem tranſcendere cuiuſli bet alterius operis non ſub obligatione cadentis bonitate. Pꝛima pars fuit oſtenſa. Secundā autem ſuadeo: quoniam obligationis circunſtantia non infinite auget: videtur igitur poſſe bonitatem per alias circunſtantias ſupꝛa cer tam obligationis bonitatem augeri. ¶ In oppoſitum eſt quoꝛundam opinio dicentium quātulūcūꝗ opus ex obedientia obligationis factum: eſſe ꝙtocunꝗ opere ſupererogationis melius atꝗ magis meritoꝛiū. exēplificant dicētes religioſum a pꝛelato vocatum ad ſolatium plus mereri ſequētē eū ꝙ per integrū pſalteriū in clauſtro: aut aliud op⁹ ſupererogatiōis ab eo factū: ⁊ ꝯñr eſſet dicendū ꝙtulūcunꝗ diuini pꝛecepti opus eſſe magis meritoꝛiū quā oīa bona ſua pauperib⁹ ſuperogare: quā religionē īgredi: quā martyꝛiū de cōſilio tolerare: ſi aliqḋ fuerit tale. ſcḋm hoc pariter diceretᷣ hmōi obedientie circūſtantiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

variare bonitatis ſpeciem cui nequit bonitatis conſilij ſpecies coequari ꝙ̄tum cūꝗ in gn̄e conſilij creſcat:prout in alijs rebus ſpecie differētibus accidit.

**Sequuntur ex** dictis corollaria. Primū. ieiunij ſolutio per eſuz carniū deterioꝛ eſt ea ꝑ panis aut piſcium eſum. pꝫ:ieiunij preceptū eſt pregnās multas pariēs obligatiōes/vnā qua prohibetᷣ refectionū pluralitas:alterā qua vſus carniuz interdicitur. Quāuis em̄ iuxta quorūdā opinionē poſt ſolutū ieiuniū tertia vel quarta refectio non ſit culpabilis non alia interueniēte intēperantia:eſus tn̄ carnium quoties fit die ieiunabili eſt culpabilis:quinimmo multi caſus excuſant a ieiunio per refectionū pluralitatem q̇ ab obligatione eſus carnium non excuſant / quare ſunt obligationes condiſtincte.

Ieiunij ſolutio per eſum carniuz eſt ſolutiōe per eſuz piſciū deterioꝛ.

**Secundum corollarium.** tenens plura bn̄ficia horas omittens grauius delinq̇t ex eorum pluralitate:⁊ plus meretᷣ dicens eas pꝫ:illic multiplicantᷣ obligatiōes quamuis enim nō obligetur dicere pluries horas/pluries tamē obligatᷣ ad eaſdem:id eſt pluribus obligatiōibus.ſic eodem die duplici ieiunandi cā occurrente:prout in quadrageſima(interueniēte ꝑ feſto aliquo ieiunabili)grauioꝛ eſt ieiunij ſolutio.⁊ pariter ieiunium ex tali obligatione obſeruatum melius.

Beneficia plura iuſte tenens plus meretur dicēs horas grauius ꝙ̄ omittit.

**Tertium corollarium.** vtilioꝛ eſt penitētia a ſacerdote iniuncta penitēti:⁊ ſuſcepta quā ſimilis voluntarie facta:⁊ tranſgreſſio deterioꝛ.patet:eſt illic obligationis atꝗ obediētie vel inobediētie circūſtantia. hinc non ſine prudentia fiat eius iniunctio atꝗ ſuſceptio.

Satiſfactoriū non eſt per hoc min⁹ meritorium.

**Quartum corollarium.** opus ſatiſfactoriuz non eſt per hoc minus meritoriuz: quinimmo potius plus.ſcꝫ ex obligatione ⁊ obedientia factum.

**Primum dubium.** An religionis ſtatus addat opibus bonitatem atꝗ maliciā. ¶Rn̄deo opa precepto rū ſub voto replicata eſſe meliora ꝙ̄ in ſecularibus ſīlia:trāſgreſſioneꝗ deteriorē idē de ꝯſilioꝝ opibus ſub voto eoꝝ cadētib⁹:opa aūt eis nō ſub voto cadentia ſe habentvt in ſeculari ſtatu.Hec oīa intelligo alioꝝ paritate reſētā:hoc eſt ſol⁹ ſtatus nō reddit op⁹ meli⁹ vel deteri⁹:ſecus vbi in bōis eſſet feruoꝛ maioꝛ aut edificatio aut hmōi:⁊ in malis ſcandalū vel igratitudo ⁊c. His ſupaddo diuini precepti trāſgreſſionē eē puri voti trāſgreſſione deteriorē: pꝫ:illius eſt obligatio maioꝛ:quinimo ꝓbabili quorūdam opinione fortioꝛ eſt vīs eccleſie obligatio vinculo voti.Exēpli gratia.grauius delinquit ieiunij ab vniuerſali eccleſie inſtituti obligationē violans.ꝙ̄ ieiunij ſub puro voto cadentis.

ADDI. * Diuini ꝑcepti trāſgreſſio puri voti trāſgreſſione deterioꝛ ē.

¶De omiſſionis malicia vel bonitate. Capitulum.x.

**Hec reſpõſio nõ vbiqȝ ſui vera eſt nec eſ**ficaciter itẽrũ ꝓbat: nec ſufficiẽter diſcrimẽ euacuat: vt ſequẽtes ꝓpoſitiões elucidabũt. ¶ Pꝛima vtraqꝫ ꝓ hac moꝛtali vita põt ad tp̃s quo ad actũ extingui oſtẽdo: moꝛbo vel coꝛpoꝛis maleficio põt vtriuſqꝫ cõtrahi hoꝛroꝛ: in q̃buſdã em̃ moꝛbis eſt oĩs cib⁹ vel potus in nauſeã ⁊ tediũ: nõnullis pariter caſtratis ⁊ ſoꝛtilegio aut naturali maleficio ĩpeditis ſunt in abhominationẽ venerea: q̃nimmo ad hec oĩa ſunt naturalia antidota. ¶ Scða ꝓpoſitio in natura nõ maleficiata facilius quo ad actũ repꝛimiť vel extinguiť ſatiriaſis q̃ gaſtrimargia: patet: prouidioꝛ eſt natura ſibi q̃ alijs: eſus em̃ oꝛdinať ad indiuidui ꝯſeruationẽ: coitus aũt ad ſpeciei cõtinuationẽ per generationẽ indiuiduoꝝ ſimiliũ: igitur ⁊c. tum etiã nõ ſimpliciter neceſſaria ad longã vitã eſt ſupflua vltime digeſtionis euacuatio eſt aũt neceſſaria ꝑ cibũ reſtauratio igitur.

*Eſus et coit⁹ ad q̃d oꝛdinent.

Quemadmodum in infinitum partibilis eſt tota difficultas latitudo: ſic in infinitum virtutum atqꝫ vicioꝝ gradus ſubdiuidi poſſunt. Inter em̃ nõ gradum difficultatis ⁊ medium inter mediũ ⁊ ſũmũ ĩfiniti ſũt ĩtermedij arduitatis grad⁹ quos cognitos voluntas pꝛo ſuoꝛum actuum obiectis aſſumere valet: aut pariter eos ſuis actibus adiacentes relinquere. Hinc de graduum virtutum ſpecifica differentia ſuperuacanee quidam certantes diſcoꝛdant: quibuſdam affirmatiue: alijs negatiue opinantibus. Dico igitur cuiuſlibet trium illoꝛum graduum due ſunt ſpecies: vna extrinſece talis: altera extrinſece. Intrinſece quidem pꝛo obiecto habens difficultatis menſuram: ⁊ huiuſmodi gradus ſpecie differũt. Extrinſece vero eam non pꝛo obiecto ſed adiacentem habens: ⁊ huius ſpeciei actum eundem per tres illos gradus tranſire abſqꝫ ſue eſſentie mutatione erit perſpicuum rem conſideranti. Circa enim eandem materiam tres illi grad⁹ ſimul ſtant in habitu: ⁊ circa diuerſas in actu.

Grad⁹ ꝟtutũ ĩ ĩfinitũ ſubdiuidi poſſunt.

**Pꝛimũ notabile. intẽſum vel re**miſſum ſeu magis aut min⁹ actuũ ſpẽm variãt: quoꝝ ſunt obiecta: ꝑtȝ obiectoꝝ totaliũ faciũt alietatẽ. Exẽpli gratia: paruit honoꝛis ⁊ magni honoꝛis eiuſdẽ ſpẽi volitiões: paruitatem ⁊ magnitudinẽ ꝓ obiectis habẽtes: ſpẽ eſſentiali diſtinguũtur: ſic ⁊ volitiões q̃ in paſſiões modicã ⁊ vehemẽtẽ ſub illis rõnibus ferunť: pariter vehemẽtẽ paſſionẽ ⁊ paſſionẽ vehemẽtioꝛẽ obiectiue habẽtes: q̃nimo q̃tuluſcũqꝫ ſit obiectoꝝ eiuſdẽ ſpẽi exceſſus (mõ ꝓ obiecto habeať) arguit ſpecificã actuũ differẽtiã: nã totaliũ obiectoꝝ alietatẽ cõſtituit.

Act⁹ ẽ dupl̃r alicui⁹ ꝟtut(vcȝ intriſece ⁊ extrinſece.

**Scðm notabile.** queãdmodũ dupliciter actus eſt alicui⁹ virtutis: vcȝ intrinſece ⁊ extrinſece: ſic ⁊ habitus

m

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ex tali vel tali actu genitus.

**Pri̅a concluſio.** Cõtingit (exiſtẽte vehemẽti paſſiõe) habitũ nõ eã ꝓ obiecto hr̃e: ⁊ ꝯtra accidit (nõ exiſtẽte vehementi paſſiõe) habitũ eã habere pro obiecto: ptꝫ: cõtingit habitũ fuiſſe añ paſſionem genitũ: pariter cõtingit eũ ſine paſſione nunc exiſtẽtẽ fuiſſẽ paſſiõis vehementis tẽpore genitũ ex actu eam pro obiecto habente.

**Secunda concluſio.** Cõtingit (exiſtẽte vehemẽti paſſiõe) actũ eã ꝓ obiecto nõ habere: ⁊ cõtra (non exiſtente vehementi paſſione) actum paſſionẽ vehementẽ pro obiecto inuoluere: oſtẽdo quãdo paſſio adeſt nõ neceſſitat voluntas eliciẽs actũ eã ꝓ obiecto aſſumere: qñ aũt deeſt: nõ ipedit eã ꝓ obiecto recipere: cũ in rẽ abſentẽ ferri valeat. ¶ Sic actuũ continẽtie q̇dã eſt tñ intrinſece talis: quidam extrinſece tamen quidã aũt intrinſece ⁊ extrinſece: ſcilicet paſſionẽ vnã vehemẽtẽ ꝓ obiecto habens: ⁊ paſſionem alteram adiacentem.

Habitũ pit ⁊ dictũ eundẽ ꝯtigit eẽ diuerſoꝝ gͣduũ ꝟtutis

**Primũ dubiũ. an cõtingat eũdẽ habitũ** ſimul eſſe cõtinẽtie ⁊ tẽperãtie. ¶ Reſpõdeo ſic ad denominationẽ habit⁹ ſufficiat aptitudo: q eñ cũ vehemẽti paſſiõe genit⁹ eſt: remanẽs abſq̃ ea natus eſt iterum eſſe atq̃ inclinare forti occurrente paſſione: ⁊ ita aptitudine eſt cõtinentie ⁊ temperantie: actu autem ſtatim dicam.

* Eũdẽ actũ ſimul cõtinẽtie ⁊ tẽperãtie an ꝯtingat eẽ.

**Secũdũ dubiũ. an eũdẽ actũ ſimul con**tinẽtie ⁊ tẽperãtie eſſe cõtingat. ¶ Reſpõdeo ſic. Et multipliciter: Primo ſcilicet vni⁹ intrinſece. ⁊ alteri⁹ extrinſece. act⁹ eñ cũ vehemẽti paſſiõe pel'cit⁹: eã ꝓ obiecto habẽs: ⁊ deinde ſine ea ꝯtinuatus eſt in hac cõtinuatiõe itrinſece i gradu cõtinẽtie cõſtitut⁹ extrinſece in tẽperãtie gradu. Alio aũt mõ põt idẽ actus eſſe mediũ ⁊ finis: ad cui⁹ vnũ ſit vehemẽs paſſio retrahẽs: ⁊ nõ ad alteꝝ: hic in quã actus eſt duoꝝ graduũ: vcꝫ continẽtie reſpectu vnius: ⁊ temperantie reſpectu alterius: idem de actu obiectiue copulato duorum obiectorum ⁊ non mediĩ ⁊ finis habitudine.

TRibus illis virtutum gradibus bipharĩam accidit comparationem videlicet penes actuũ bonitatem: ⁊ ſtatuum pulchritudinem: ceteris enim paribus: vbi maior pugna glorioſior victoria precioſiorq̃ corona: quare eorum ſupeminet in bonitate heroicus: poſt quem continentia: poſt quem temperantia: ſtatus autem pulchritudine temperantie gradus gradum continentie precellit. ¶ Hunc pariter ordinem immutare poſſet aliunde imparitas (etiam obiecto ⁊ reliquis preter perſone cõditionẽ inuariatis: ex qua multiphariam operandi difficultas: aut facilitas oriri poteſt. Ex culpa quidem difficultas: aut ex virtute facilitas: aut vtraq̃ ex natura poteſt contingere. Et amplius ex culpa ad aliquam culpam difficultatem ⁊ ad aliquam virtutẽ facilitatem: pariter ex virtute ad aliquau virtutem difficul

Difficultas aut facilitas operis multipl'r accidere ptꝫ q̃lr ve auge geat aut minuat bonũ vel malũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatem: ⁊ aliquod vicium facilitatem naſci poſſe credideriꝫ tam per corporis tranſmutationem: ꝙ per aliquorum habituum de ſe indifferentium: aut ad certam aliam ſpeciem appropinquantium generationeꝫ. ¶ Difficultas boni ex natura contracta bonum auget: ⁊ minuit malum cōtrariū boni autem facilitas per oppoſitum decreſcere facit bonū ⁊ malum adauget contrariū. ¶ Difficultate boni per culpam contracta (quorundam opinione) non creſcit bonum nec malum minuitur ei contrarium facilitate autem boni per culpam contracta decreſcit bonum: ⁊ augetur malum contrarium. Difficultas boni ex virtute contracta bonum creſcere: ⁊ malum decreſcere facit: facilitas auteꝫ boni per virtutem contracta non attenuat bonum: augmentat autem contrarium malum. ¶ Hanc igitur diſparitatem circa graduum virtutum: aut viciorum comparationē aduertere debet rectus iudex.

Habitꝰ permutabiles ꝺ bono i malum.

# Primum notabile. prout ꝑmu-

tabiles ſunt nōnulli actꝰ ſic ⁊ habitꝰ de bono in malū: ⁊ ꝯtra nō em̄ oīs actꝰ vno tp̄e bonꝰ eſt ꝓ ſemꝑ bonꝰ: ſic nec habitꝰ: ⁊ id ꝓpter circūſtātiaꝝ varietatē: ſic em̄ habitꝰ q̇ aliqn̄ ex virtutū actibus gn̄abit̄ ad actꝰ iclinabit ꝓ nūc ꝑniciosos: ⁊ ꝑ ꝯn̄s habitꝰ q̇ ad bonū facilitabat oberit bono ad ipſūqꝫ difficultabit. Exēpli grā: in vxorato: aut pluries in die comedēte cū actibꝰ bonis plene circūſtātiōatis ſunt ipſiꝰ māe carnalis: aut pluralitatis refectionū actꝰ gn̄ici ex q̇bꝰ habitus naſcunt̄: q̇ diebꝰ q̇bꝰ ꝯtinēdū ē: vel abſtinēdū: manētes ad actꝰ facilitās genericos: q̇ tūc eliciti pctā forēt: ⁊ ſic ad bonū difficultāt: qnimo p̄ter hos habitꝰ tp̄e bonitatis actuū genitos trāſmutabat̄ corpꝰ: cuiꝰ diſpoſitio tēpore malicie actuū ꝑdurās ad actꝰ ꝑnificat malos: ⁊ difficultat ad bonos ꝯrios: hinc fit ꝑſpicuū ex ꝟtute poſſe difficultatē ad bonū ꝓpagari. ⁊ facilitatē ad malum: ⁊ ita ex vicio facilitatem ad bonū: ⁊ ad malū difficultatem tam habituum genericoꝝ ꝙ corporalium tranſmutationum actione: contingit enim ex crapula vel coitu exuperante vires ledi naturales: atqꝫ diſcraſiari vſqꝫ ad appetitus illoꝝ extinctionem: qua facilis erit continētia facilisqꝫ abſtinentia.

Uirtꝰ nōnūꝙ diſpōnē ad viciū inducit ꝯtra

Difficltas ex appetitui ſēſitiuo aut ex culpa q̇d opet̄

# Scd̄m notabile.

eſt quorūdā (quā ſequit̄ Buridanꝰ) opinio aſſerētiū difficultatē ex inobediētia appetitus ſenſitiui: aut ex debilitate rationis: aut voluntatis prouenientem attenuare meritum. ¶ Non eſt huius apparentia cum nulla militet ratio: cur difficultas ex obiecto ꝓueniēs potiꝰ ꝙ illa meritū adaugeat: nec eloquij ſacri aut alteriꝰ ſufficiēti autoritate id habeat̄. Eſt pariter opinio vna difficultatē ex culpa ortā ponēs nō adijcere meritū: cui ꝯria ē alioꝝ ſnīa quā ſeq̄nſ Altiſſiodorēſis tꝫ ex difficultate etiā per culpā contracta bonitatem atqꝫ meritum accreſcere: ita ꝙ agens cōtra viciorum habitū ex malis actibus genericū plus meret̄/ id ſuaderi poſſet/ aliter ex fomite difficultas nullius operis augereṯ bonitatem: cū ex cul-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pa contractus ſit fomes. Reſpondet nō ex culpa pſonali cōtrahi. Nō plene ſatiſ facit hec reſponſio/qm̄ vtrāqȝ potuiſſet de⁹ acceptandā ſtatuere/ꝛ q̄s queſo nouit an iſtā poti⁹ q̄ȝ illā. Tū etiā hm̄ōi difficultas ex culpa ꝓueniēs opus efficere pōt heroicū/nā cōtingit eam cōmunē hominū trāſcēdere facultatem. Preterea: poſt penitentiā dn̄s nō recordat iniquitatū quas q̄s opatus eſt/ſcȝ ei imputādo/igit hm̄ōi difficultas per condignam diſplicentiam emendata/tanq̄ȝ nō ex reatu orta reputabitur.

*ADDITIO. Quotieſcū qȝ igemuerit pctōr nō recordatur dn̄s iquitatū q̄s opatus eſt.

**Prima concluſio. quātum ad ſtatus pul**chritudinē/ꝛ maiorē eius ſecuritatē ipſe temperātie gradus gradui cōtinentie preſtat: q̄tū autē ad actū ipſi⁹ ſtatus bonitatē atqȝ meritū ecōuerſo ceteris alijs parib⁹. Primam partē oſtendo: ſtat⁹ tēperantie eſt aureo inocentie ſtatui/atqȝ ſtatui beatifico propiquior: eſtqȝ a periculo labēdi remotior propter hoſtiū/vcȝ paſſionum tūc ſedatarum abſentiā: qua quietior atqȝ tranquillior reddit temperātie ſtatus: ꝛ diuinorum cōtemplationi aptior. Secūdā autem partem probo: difficultas operis ſaltē nō ex culpa prouenīēs/bonitatē act⁹ auget atqȝ meritū ꝛ dixi ceteris alijs parib⁹ preter graduū differentiā/vcȝ vtraqȝ cōditio gradus ſit ex natura/aut vtraqȝ ex demone/aut vtraqȝ ex alio ſimili. Et cum obijcis cōtinētia gradus iſultus paſſionum admittit: temperātia autem grad⁹ eos ſeparauit atqȝ extinxit nō admittens ſedes q̄s illa admittit. Tum etiā meliori virtuti pei⁹ viciū opponit: ſed (teſte Ariſtotele) itemperantia deterior eſt q̄ȝ incōtinentia/igit temperātia melior ea. ¶ Reſpōdeo ad p̄mū dico hm̄ōi ſordes ſiue īfirmitates nō minuūt meritū actus/quinimo augēt. Uirtus em̄ ī īfirmitate perficit. ¶ Ad ſcōm: dico aſſumptū nō vniuerſaliter verū: inimici em̄ dilectio amici dilectione ceteris alijs paribus eſt melior non tamen odium inimici peius eſt amici odio.

*Uirt⁹ in in īfirmitate perficit.

**Secunda concluſio. diſparitas aliunde** videlicet preter graduū formalem differentiā prouenīens reddere pōt graduū genera ī ſuis actibus vt excedens ꝛ exceſſum/aut equalia. pȝ: q̄tum vni gradui ex parte vnius conditionis bonitatem ad augentis adit/tantum vel plus vel eq̄le alteri gradui addi poteſt ex parte alteri⁹ conditionis actum meliorantis: q̄tum enim vni actui addit difficultas/tantum vel plus vel equaliter alteri ſine difficultate addere poteſt gradualis intēſio: aut aliqua obediētie/aut finis aut alterius circunſtātia bonitatem in eadem ſpecie augmentātis. In diuerſis autem ſpeciebus nō eſt dubitādum. ¶ Exemplū primi/duorum actuū eiuſdem ſpeciei qui circunſtātiarum adiacentiū habent diſparitatem/vnus ſine paſſione vel cū modica exiſtens valde itenſus/poteſt alio valde remiſſo cū vehementi paſſione eſſe melior vbi ſcȝ plus excedit intenſio intenſionem/q̄ȝ difficultas difficultatem/ꝛ ita in reliquis facile exemplificabis. Exemplum ſecundi dei dilectio ſine retrahente paſſione: melior eſt dilectione proximi cum paſſione retrahere nitente.

**Primum dubium. an quicunqȝ actus he**roicus quocūqȝ actu nō heroico ſit melior. Dicēdū negatiue: vbi eſt obiectorum diſparitas: aut aliō adiacēs tm̄ vel pl⁹ adiacens q̄tū difficultas: heroica ei inimici dilectio ī ſe ſumpta nō ē melior dei dilectiōe: dico in ſe ſumpta: ſecus de aggregato ex eo ꝛ dilectione dei propter quem inimicus diligit: aut de actu tertio amborum. In his enim operibus in finem relatis tria ſunt videlicet ipſius finis act⁹ ſimplex. Ex act⁹ ſimplex mediј/ꝛ actus amborum tertius: ſimplex enim martyrij volitio etiam in deum relata (quanuis ſit heroica) non eſt dilectione dei melior. Dices forte talem dei dilectionem eſſe heroicam ex circunſtantia:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nihil eſt dictu ⁊ conſiſtit in nomine:ſic enim quilibet volūtatis act⁹ immo quelibet virtutis operatio eſſet heroica:nā eſt in libera voluntatis poteſtate/nolle a tali actu non obſtante morte deſiſtere.

## Secundum dubium.an quis abſqʒ voluntatis actu vel habitu valeat in virtutis gradu cōſtitui.

Gradum virtut⁹ an conſtituat omiſſio.

¶Reſpondeo:pura omiſſio libera mali poteſt illorū trium graduum denominationes habere videlicet heroica cōtra difficultatem trāſcendentem communem hominū facultatem:in gradu continētie cōtra venietem paſſionem:in gradu aūt tēperantie cōtra modicam ad malum allicientē:an aūt ſit virtus dicenda ſupra diſcuſſimus.

## Tertium dubiuʒ.an gradus acquiſitus ⁊ gradus innatus/ceteris alijs paribus equiualeant.

Uirtutis grad⁹ duplicit̃ accipi poteſt.

¶Reſpōdeo:dupl'r accipi poteſt virtutis gradus.Uno modo pro ipſo virtutis actu vel habitu:cui tanta vel tanta adiacet difficultas:⁊ ſic nullus eſt cōmuniter innatus gradus:nam creatur communiter anima tanꝙ tabula raſa:excludo priuilegium qd̄ aliquibus animabus facere pōt earum creator deus. Alio modo accipi pōt gradus pro diſpoſitione a qua ipſe actus vel habitus ſuam gradualem accipit denoīationē:que eſt quedā pronitas vel tarditas ad bonū vel malū(que virtus naturalis aut vicium naturale appellari ſolet) iuxta quam dicuntur bene vel male nati:quidam in gradu temperātie:quidā in cōtinentie gradu:id eſt paſſionati.

Gradus acquiſit⁹ ⁊ innatus ADDJ.

Diſcrimē inter gradum innatuʒ/et gradū acquiſitū ⁊ piter inter eorum actus.

Inter enim gradū innatum ⁊ gradū acquiſitum/pariter inter eorū actus id diſcriminis eſt:nam actus in gradu temperātie innato eſt minus bon⁹ : minuſqʒ meritorius ſimili actu in gradu temperātie per virtutē acquiſito:ab eo videlicet qui natus vehemēter paſſionatus prudēti virtutū exercitio naturam ſubiugauit propriam:⁊ ad gradū temperantie reduxit:quoniam non minus nunc meretur iſte:ꝙ per ſimilem actum in gradu continentie conſtitutus merebatur.

¶De virtutum connexione. Cap.xiiij.



Irtutes morales ſorores indiuidue connexe ſunt inter ſe:non formaliter:ſed trib⁹ his modis:principiatiue:inclinatiue et denominatiue.

Connexio virtutum multiplex.

¶Non eniʒ formaliter:nā cuiuſcūqʒ ſpeciei actū abſqʒ alterius ſpeciei actu voluntas elicere pōt:videlicʒ aut quia non ſe offert alterius materia:aut ſe offerente ſuſpendit voluntas libere circa eam actum. ¶Primo igitur principiatiue connectuntur:videlicet origine ſeu omnium particularium virtutum moralium communicatione:in quibuſdam generalib⁹ principijs ſub quibus tanꝙ ſub genere ſpecies continent̃.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Secundo inclinatiue ſeu effectiue:naꝫ cuiuſlibet ſpeciei virtus ad cuiuſlibet alterius actum nata eſt effectiue coagere:cum vnaqueqꝫ cuiuſlibet alterius medium conductiuuꝫ in caſu eſſe valeat:⁊ quelibet cuiuſlibet alterius ſuffragio nata ſit indigere. Tertio denominatiue connectūtur:videlicet denominatione ſimpliciter dicta ipſius virtutem habentis:qui non quocunqꝫ virtutis actu vel habitu :ſed potiorum maiori parte denominatur( vt ita dicam )virtuoſus

Gradum virtutis multiplicatio.

## PRimum notabile.

ab aliquibus multiplicātur actuum virturum gradus. Primus eſt actus gratia finis honeſti elicitus. Secundus eſt cum intentiōe non dimittendi pro quocunqꝫ contra rectā ratione etiā eminente morte ſi recta ratio dictet. Tertius illi addit:pro obiecto prudentiam:ſcꝫ quia dictatum a recta rōne. Quartus iſti precedenti adijcit finem:vcꝫ propter deum precise. Quintus huic adiūgit difficultatē que cōem hominum facultatem tranſcendit ex natura operis vel ex circūſtantia. ¶Dico eñ differre ſpecie illos quinqꝫ actus videlicet propter totaliū obiectorum alietatem.

Connexionis cōparatio multiplex. Morales virtutes q̄tuor: theologice vero tres:

## Secundum notabile.

multiplex pōt fieri cōnexiōis cōparatio:vcꝫ cōnexionis virtutuꝫ moraliū inter ſe:aut moraliū cum prudentia:aut theologarum inter ſe:aut moralium cum theologalibus.aut moralium cū virtutibus inferiorū potentiaꝝ. ¶Morales q̄dē virtutes ſunt q̄tuor prudētia/tēperātia/fortitudo:iuſticia. ¶Theologice vero tres:ſpes/fides:⁊ charitas : inferiorū aūt potentiarū ſunt dumtaxat extrinſece prenominatis correſpondentes.

ADDI. Pricipiatiue cōnecti quid ſit. Connexio virtutum moralium qualis.

## Tertium notabile.

Prout ſupra enumeraui pōt q̄drifariam intelligi cōnexio:ſcꝫ formaliter: principiatiue:inclinatiue/⁊ denoīatiue. ¶Formalr̄ q̄dē/id eſt depēdēter:ſic ꝙ neq̄at vna ſine alia haberi/ſeu neceſſario vna habita habeat alia. Pricipiatiue ꝯnecti eſt in aliq̄ cōi pncipio ꝟtualiter ꝯtineri:put in aliq̄ gñe ꝯtinent ſue ſpecies atqꝫ indiuidua. Inclinatiue aūt ꝯnecti:eſt vnā ad alterā eſſe iclinatiuā. Denominatiue aūt ꝙ habens vnam nō ꝑfecte ſine alia ſtudioſus denominatur.

## Prima concluſio.

morales virtutes ſunt nō formalr̄ ſed pnciplatiue/iclinatiue/⁊ denoīatiue ꝯnexe. Pria pars pꝫ.pōt vnius materia mēti occurrere nō occurrēte alteri⁹ mā:aut vtriuſqꝫ materia occurrēte potens eſt liberū arbitriū circa vnius actū elicere:ſuſpēdens circa alteri⁹ materiā actū. Igit̄ poterit vnius act⁹ ſine alteri⁹ actu eſſe: ⁊ ita habitus ſine habitu. Scđam ꝑtē oſtēdo:q̄dā ſunt vr̄ia pncipia oībus particularib⁹ virtutib⁹ cōia:in q̄bus oēs morales ꝟtutes q̄liter in gñe ſue ſpēs ꝯtinent:q̄nimmo ad cuiuſlibet particularis virtutis actū occurrēte materia ꝑ intellectū oſtēſa iclinare pñt:cuiuſmodi ſūt hec pncipia aut habitus eis ꝯformes.eſt recte agēdū eſt ꝯformiter rōni recte ⁊c. Tertiā ꝑtem ꝓbo. ad cuiuſcūqꝫ virtutis moralis actū pōt quecunqꝫ alia moralis virtus in aliquo caſu ſuffragari. Exēpli gr̄a:efficaciter volens ſeruare caſtitatem/cui ꝓponitur mors niſi fornicet̄ ipſe ex caſtitatis habitu mortē eq̄nimiter tolerale elicit potius q̄ꝫ fornicationi cōſentire.ſic caſtitas ad actū fortitudinis inclinat. Ecōuerſo aūt volēs efficacit̄ eſſe fortis vel magnanim⁹ iudicās nō poſſe abſqꝫ caſtitate/elicit ex fortitudinis habitu ipſaꝫ caſtitatis volitionē:⁊ ita in alijs accidere pōt. Quarta pars eſt nota:q̄m in cōib⁹

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

animę accidētibus ad pfectā denoiationē genericā in cōcreto/reqrunt illi⁹ generis oēs ſpēs potiores. Exēpli grā. quis ſit pfecte vidēs ſine auditu. aut perfecte geometer ſine medicina/aut pfecte tēperatus ſine fortitudine: nō tñ plene ꝛ pfecte ſentiēs: aut ſciēs: aut moralis. Sequit̄ corollariū. dupl'r qs dicēdus ē virtutē aliquā aut viciū ſcđm preparationē animi habere. vno mō pncipiatiue. id eſt, ꝙ aliqs cōe habeat principiū: ſub quo illa virtus aut viciū cōtinet̄. cuiuſmodi agendū eſt ꝯformiter rōni recte: non agendū eſt cōformiter recte rōni. tempe rate viuēdū eſt: nō eſt viuendū temperate. Alio mō inclinatiue: ꝛ ſic efficaciter vnā habēs virtutem hꝫ in animi preparatiōe quālibet aliam. nā occurrente caſu quo operatio illius aliā requireret: ipſa ad actū ei⁹ inclinaret. pariter vnum habēs viciū ipſe in animi preparatiōe quodlibet aliud hꝫ: occurrēte enim caſu quo fur furtū efficaciter volituꝫ nō poſſet ſine homicidio explere/inclinaret ad homicidiū. ſic igit̄ haberet in preparatione animi homicidium.) Uirtutem aut viciuꝫ habere ſecundū animi prepa rationeꝫ.

**Secunda concluſio. ipſi prudentie con**nexe ſunt alie morales ꝟtutes actual'r aut virtual'r. nō ecōuerſo. ¶ Prima pars ex ariſtotele pꝫ Ethi. ij. ad virtutis actū reqrit̄ eligentem eſſe ſcientē. ſaltē actualiter aut virtualiter. ꝛ id etiā de habitu ad habitū verificat̄: qm̄ nō eſt act⁹ prudētie qn generet̄ habitus. ꝛ ſic nō gñat̄ virtutis habit⁹ qn etiam prudētie. Secūdā partē. oſtendo ipſo prudētie actu poſito in intellectu. nō neceſſitat̄ voluntas actū virtutis elicere. igit̄ pōt prudentia ſine alterius virtutis moralis actu eſſe ꝛ per ꝯñs habitus abſꝙ habitu. Forte ariſtotelē citabis. vj. ethicoꝝ. c. x. dicēteꝫ. impoſſibile eſt prudētē eſſe nō entem bonū Rñdeo. capit̄ illic ſtricte prudētie nomē p ſapiētia. ſcđm ethimologiā ſapide ſcietie. ꝛ ſic cōformitateꝫ appetitus ad intellectum connotat. Connexio aliarū virtutum moralium cū prudētia.

**Tertia concluſio. quāuis** theologice ꝟtutes cōiter ſit a deo infundant̄: nō tñ ſunt formal'r cōnexe ſed ſeparabiles atꝙ ſeparatim infuſibiles. Pria pars eſt a ſctis doctorib⁹ credita/eas in baptiſmate infundi aſſerentibus. Scđa pars ē ſacris authoritatibus roborata. euacuant̄ in patria fides ꝛ ſpes. manet aūt charitas In via aūt per mortale perdit̄ charitas manētibus ſpe ꝛ fide: q ſimiliter a ſeinuicē ſeparari pñt. perdit̄ em̄ fides infuſa per infidelitatis pctm̄/ſpes p deſperatione. per qđcunꝙ aūt mortale charitas. q per pniam reparat̄: fides p infidelitatis purgatione. ꝛ ſpes per emendationem deſperationis. Connexio virtutum theologarum inter ſe. ADDI. † Charitas ſpes ꝛ fides p qđ perdatur invia: et p qđ reſtaurentur.

**Quarta concluſio.** Inter morales theologicas virtutes non eſt cōnexio: patet: ſunt a ſeinuicem ſeparabiles. Theologales qđē a moralib⁹: put i paruulo baptiſato. Morales pariter ab illis put in gentili vere moralib⁹ virtutib⁹ ſine theologicis inſignito/fateor nō in gradu pfectiōis viatoꝝ fide illuminatoꝝ. nā in iſtis moralis reperit̄ virtus charitatē ſaltem acqſitā preſupponens. ſcꝫ operationē in deū actual'r dilectum referens. vbi eſt pfectus virtutis moralis actus ſimul vere charitas. vcꝫ actus tertius/operis moralis ꝛ ipſius vltimi finis dilecti relatiuus. Connexio inter morales ꝛ theologicas nulla.

**Quinta concluſio.** aliarum potentiarū a voluntate virtutes virtutibus voluntatis ſunt cōnexe/ nō cōtra. ꝛ ita de vicijs. patet: non eſt in viribus inferioribus virtus/aut vicium niſi dependenter a voluntatis virtute/aut vicio. econuerſo autē ſic. de habituū autem generatione in viribus ſenſitiuis: aut motiuis reſpondentibus illis q ſunt in voluntate/ſupra diſcuſſa eſt materia.

## Primum dubium. an aliqua virtus virtuti: atꝙ vicium vicio repugnet.

¶ Uidetur quod non, cum ſit cōnexio. ¶ In oppoſitū. Primo. paupertas euāge



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Uirtus an virtuti nō nunq̄ repugnet aut viciuz vicio.

lica.ꝛ proprietas politica ſunt ꝟtutes/quarū vna alteri repugnat:cū vna ſit abdicatio.alia aūt nō abdicatio.pariter humilitas ꝛ magnanimitas:cū illa ſe indignificet honoribus:iſta autē eiſdem ſe dignificat.ſic caſtitas virginalis ꝛ piugium.ꝛ alie hmōi. ¶Scðo.cuiuſlibet virtutis duo ſunt extrema vicioſa et ſunt cōtraria.cum eoꝝ vnū ſit in deficiendo:alteru m aūt in ſuperabundando.

¶Ad primā dubij partem eſt quorūdam reſponſio:nullā ꝟvirtutem moralē alteri virtuti repugnare:cum quelibet ſit alterius principiū ꝛ cauſa efficiens.Et ad obiectiones.ad vnā quidē pro oībus de caſtitate reſpōdet.virginitatis act⁹ eſt abſtinere a concubitu ꝓpter deum:hoc eſt illo modo quo deus vult illum abſtinere:actus aūt caſtitatis coniugalis eſt velle vti actu matrimoniali eo modo q̄ deus vult eum vti.illi aūt actus non repugnant:nam ſi habens volūtatem abſtinendi a cōcubitu eo modo quo deus vult/cognoſcat per reuelationē vel ſcripturam deum velle eū contrahere.atq; actui coniugali operam dare.tunc velle iſtud propter deum manente nihilominus caſtitate virginali.ſcilʒ manente velle abſtinere ab omni cōcubitu ſi ita deo placeret:vbi autē actus non contrariant:multominus habitus.Inſufficiens eſt hec reſpōſio:ꝛ vniuerſaliter intellecta falſa:nā(vt ſupra oſtēdi)id ē actus ſucceſſiue de bonitate in maliciā ꝑmutari poteſt.pariter duoꝝ actuū vere cōtrarioꝝ pōt vnus vno tpe eſſe rōni recte cōformis:ꝛ alter alio tēpore.ſic vterq; pōt eſſe virtutis actus:ſumātur grā exēpli iſti duo actus vere cōtrarij.volo mihi proprietatē/nolo mihi ꝓprietatē.quorum vterq; ſine vltimo circunſtātionet:vnus ante votū alter poſt votū eſt virtus.

ADDI. ✝Circa vnāquāq; virtut;materiaʒ poteſt eē duplex act⁹.

Dico igit circa vnāquāq; virtutis materiā poſſe eſſe duplicē actū. Quendam aliquo modo cōditionatū:ꝛ in hoc gnē/circa materias ſuo modo contrarias ꝛ repugnātes(prout comedere carnes:non comedere carnes.actū exercere venereū:non exercere eū ꝛc.)poſſunt eſſe virtutū actus non repugnantes. gratia exempli.volo ſi deus iubeat comedere/aut actū carnis exercere. volo ſi de⁹ iubeat non comedere aut nō actum carnis exercere. ¶Alij ſunt virtutum actus abſoluti:quis eīm tante dementie eſt credēs quemcunq; virtutis actū eſſe conditionatum. Circunſtantia enim finis non eſt circūſtātia reddens actum volūtatis conditionatum:ꝛ in hoc virtutum gradu concedo(vt ſupra oſtendi)quandoq; virtutem formaliter virtuti repugnare.

¶Ad ſecūdam dubij partem eſt ſatis communis reſponſio/vicia quedā eſſe cōtraria habēs tamen vnū habet ſecundū cordis preparationem viciū illi cōtrarium.qr habet diſpoſitionem malā ad illud inclinantem. Exempli gratia. crapule deditus inclinatur vſq; ad inſenſibilitatem certis dieb⁹ viuere/vt vno die crapuloſius edat:pariter tenax deſiderat acquirere.qui conſiderans poſſe per prodigalitatis actū multa acquirere ex tenacitatis atq; acquirēdi deſiderio eliciet prodigalitatis actū.hoc mō enim vicioſus virtutem habet ſcðm cordis preparationē.prout mendax vt ſibi credatur loquit̄ quandoq; veritatem. ꝛ ambitioſus honores quoſdam quandoq; ſpernit:vt maiores conſequatur.

## Secundum dubium. circa virtutuʒ moraliū connexionē principiatiue:

Uirtutum principia cōia non requiruntur ad particulares virtutes.

an earum vniuerſalia principia preſupponantur atq; requirant̄ ad virtutum particularium acquiſitionem. ¶Reſpōdeo negatiue:vt ex virtutis diffinitione pʒ:ſufficit recte rationi particulari conformitas. ¶Fatendum eſt nihilominus quēdam eſſe virtutū gradū qui rationeʒ rectam tanq̄ inexiſtētem cauſaliter pro obiecto habet. Exempli gratia. volo hoc vel illud.quia ratio dictat:ꝛ dicit Okam:ad huiuſmodi graduʒ requiri vniuerſalia virtutū principia.dico tamen ea non formaliter in intellectu reqri: oſtendo(poſita particulari operis prudentia ſine alio vniuerſali principio / poteſt voluntas hunc elicere actum.volo hoc vel illud.quia dictatum a ratione recta. Fateor tñ cauſalitatē hanc ex parte obiecti actus volūtatis virtualiter hoc vni

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uerſale principium includere.oē dictatū a ratione recta eſt volendū: nam cauſa lis vniuerſalē infert ſic igitur concedendū eſt ꝙ qui in illo cauſalitatis gradu vnā habet ꝟtutē:oēm ꝟtutē in ꝑparatione animi poſſidet:id eſt principium ha bet inclinatiuū.hoc aūt eſt aliqd ſm animi preparationē habere.habitus em̄ vel actus rōne hmōi cāulitatis vniuerſalitatē includētis/natus eſt inclinare ad oē contentū ſub hmōi vniuerſalitate:vē ad oēm actū recte rōni cōformē oſten ſum eſſe talē ꝑ minorē ſubſumptā. Ualde em̄ perfectus eſt ille virtutis gradus qui hominem cōformiter rationi recte agere aſſuefacit.nedum in ſua particu ri materia:ſed in aliarum virtutū materijs oſtenſis tanq̄ recte rōni ꝯformib⁹.

Quis ſit valde per fectus vir tutis gra dus.

## Tertium dubium.an cum illo tertio vir tutum gradu ꝛ cum recto dictamine alicui⁹ vicij vitādi ſtet illud vicium.

Uirtutis actus vni uerſal an compatia tur viciū.

¶Quibuſdam videtur quod non:id ita ſuadēt.nā actu illius gradus eſt obie cum volitū:qꝛ rōni recte cōforme.ꝛ q̄ncunq̄ aliquid eſt volitū preciſe qꝛ tale: tūc nihil ſcitū eſſe tale poteſt eē nolitū. Exempli gratia.ſi diligitur ſortes qꝛ homo: vel katherina qꝛ pulchra.impoſſibile eſt ſtāte reduplicatiōe qꝺ odiam aliquem quē ſcio eſſe hominē/vel aliquā quā ſcio eſſe pulchram.quia illa reduplicatiua iſtam infert vlem diligo oēm hoiem:cum q̄ non ſtat me odire aliquē quē ſcio eſ ſe hoiem. In illo aūt tertio virtutū gradu volo facere opera iuſticie: preciſe qꝛ conformia recte rōni/ea ſic fieri debere dictanti.ergo impoſſibile eſt qꝺ ſciā ali qd ſic eſſe dictatū a recta rōne ꝛ nolim ipſum:et ſimiliter impoſſibile/ me aliqd contra dictamen recte rōnis velle.ōis vero actus vicioſus eſt cōtra dictamē re cte rationis.ergo nullus talis ſtat cū virtute tertij gradus. Non mihi videť ve ra hec ſentētia. ¶Tū primo.illa cauſalitas nō formaliter nec euidēter talē vni uerſalitatē diſtributiuā hꝫ:ſed virtualiter ꝛ implicite:vbi igiť ignoraret ꝓpoſi tionis vniuerſalis ſequela ex cauſali.ſic volitio ꝓ obiecto talē cāulitatem habēs cum minore ſubſumpta/nō eſſet ſufficiēs neceſſitare voluntatē ad minoris ſub ſumpte actū/aut actū impedire contrariū. ¶Tum etiā diligere ſortem preciſe quia eſt diues.non impoſſibilitat diligere aliū non diuitē ſcitū eſſe talē. igitur velle hoc:vel illud:ꝑciſe qꝛ rationi recte conforme:non impoſſibilitat velle aliud indifferēs aut rōni recte difforme ſcitū eſſe tale.pꝫ:non eſt actuū illorum forma lis repugnātia. Apparentior enim eſſet iſtorum repugnantia volo quicqd rōni recte cōforme eſt/ꝛ ſcio hoc conformare rationi recte.ꝛ nolo hoc. ¶Reſpondeo igitur ad dubium affirmatiue.

## Quartum dubium:an cum virtute quarti gradus q̄ tertio gradui deum ꝑ fi ne addit ſtet vicium.

Uirtuti ꝑ fine deum habēti an compoſſi bile ſit vi cium.

¶Uiſum eſt his prioris opinionis qꝺ non. quinimmo re pugnat omni vicio ꝛ errori culpabili:ſuadēt/qm̄ virt⁹ quarti gradus annexam habet charitatē/ſuumq̄ actū elicit finaliter ꝛ preciſe ꝓpter deū ſup oia dilectū. charitati aūt repugnat quicquid eſt culpabile ſiue ſit actus voluntatis:ſiue er ror intellectus culpabilis:igiť ꝛc.ſtat tū cum errore inuincibili:prout in illo q̄ de non ſua crederet inuincibiler eſſe ſuam/ꝛ eam cognoſceret.qm̄ non eſt ibi culpa. Non mihi videtur hec deciſio vera. Primo.ꝯſtat cum gratia ꝛ charitate infuſa ſtare viciū veniale:ꝛ ita a fortiori cū habitu acquiſito. De vicio aūt mortali qꝺ nō ſtet cū gr̄a infuſa nō dubitatur. ¶Sed q̄ ad charitatis actū dico (quatenus non remaneat in equoco diſceptatio). In hac ꝓpoſitione ſuper oia diligiť de⁹: illa determinatio dicere pōt extrinſecū modū diligentis:aut modum ipſi⁹ dile ctionis. ¶Primo quidē modo ſup omnia/id eſt in nullo deuieť ab ipſo deo ſeu nihil ei diſplicēs fiat q̄ñ diligitur:ꝛ hoc ſiue in virtute dilectiōis/ſiue alterius/ ſiue caſualiter illud accidat:ſic em̄ repugnat ſuper oia diligere deum ꝛ peccare: iſta tamen non eſt peccati cum actu dilectionis repugnantia:ſed verificationis propoſitionum propter excluſionem quā illa determinatio ex hypotheſi in pro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poſitione facit. ¶ Alio mō illa determinatio denotare pōt dilectionis modum ſcʒ eius cōnotatione obiectum actus ingrediētē. ¶ Et duplex pōt eſſe talis dilectio: vna dilectione magnitudinē boni cōnotāte/ vcʒ qua ſummum bonū deo optat. prout ipſum eſſe deum/ aut eſſe omnipotētem ⁊c. ⁊ dico, cū hmōi ſtare poſſe viciū nedum veniale ſed mortale. pbo: non eſt ex natura actus repugnātia videlicet velle ipſum eſſe deū: omnipotētē: infinitū ⁊c. ⁊ velle furari vel alienaʒ cognoſcere. ¶ Alia pōt eſſe dei dilectio ſup omnia. dictiōe magnitudinē appreciatiōis cōnotante p obiecto act⁹. ⁊ iſte eſſet actus quo q̄s deū diligeret volēs omne ei diſplicēs abijcere: vbi duo vident̄ eſſe act⁹. vnus dei/ alter aliorū citra deū abijciendorūʒ. veruntn̄ admittat̄ vnus act⁹ q̄ formalr̄ aut virtualr̄ ſit obiectiue ambo⁊: ille act⁹ quodā mō eſt vniuerſalis aut vniuerſalitatē quādaʒ obiectiue includēs. Quātū aūt ad iſtū actū contra pmiſſam deciſionē obijcio. naʒ conſtat philoſophiā ſufficiēter intelligēti actū volūtatis vlem nō per ſe ad actus particulares ptentos neceſſitare: ⁊ ita nec p ſe actibus particularib⁹ ꝯrijs illis repugnare. reqrit̄ minoris ſubſumpte cognitio: ſʒ pōt nō aduenire intellectui iſtius vel illi⁹ pctī minor ſubſumpta. igit̄ cū illius minoris ignorātia ſalteʒ culpabili poterit volūtas (illa dilectiōe dei ſtāte) hūc vel illū vicij actū elicere. ꝙ culpabiliter eē viciū ignorat̄. Itē ſit ſortes cū craſſa ignorātia ignorās hoc eſſe vicium: et ex ignorātia velit illud. q̄ro a quo ipſe hoc ſtāte impoſſibilitet̄ priorē dilectiōis dei actū elicere. Tū etiā vbi a diuina volūtate (ipſo neſciēte) tā illud ꝙ ignorantia deſineret eſſe ei pctm̄/ nō impoſſibilitaret̄ elicere illū dilectiōis actū: nec per hoc fieret aliq̄ volūtatis aut alio⁊ effectiue coadiuuātiū mutatio: igit̄ pri⁹ erat volūtas potēs eūdē dilectiōis actū elicere. appelles eū quō volueris. Preterea/ habeat ſortes illū dilectiōis actū. obligat⁹ hinc ad horā diligere primū quē diligere omitteret: in hoc caſu nihil adueniet poſitiuū volūtatē impoſſibilitās cōtinuare illū priorē dilectiōis dei actum: igit̄ eundē ex ſua libertate cōtinuare poterit: ⁊ tn̄ illa dilectiōis primi omiſſio erit peccatum mortale. igitur cum mortali ſtare pōt. ¶ Orit̄ dubitatiūcula de peccati trāſeuntis reatu/ qui per penitētiā trāſeūte actuali pctō deleri ſolet. ¶ Reſpōdendū poſſe in caſu tm̄ eſſe dilectionis dei feruorē quod omnes viciorū tranſeuntium deleret reatus: non exiſtente aliunde obijce p noui pctī actualis poſitionē. ¶ Cōtingit eī aliquem virtutis actū oēm anime reatum non poſito aliūde obijce delere: ⁊ eūdeʒ cum obijce. vcʒ cū mortali peccato actuali formaliter vel interpretatiue placente ſtare.

Dei dilectio duplex.

## ¶ De actuū permutabilitate ex bono in malū aut cōtra. ¶ Cap. xiiij.

Actuū permutabilitas de bono in malum ⁊ contra fo. 64 ⁊ co. 3. ⁊. 4.



Ullus actus eſt omnino imutabiliter bonus: aut immutabiliter mal⁹. ¶ Quī imo actū omnē in eſſe entis manentem prorſus morali bonitate atq3 malicia denudari poſſe non dubitabit: qui ſufficienter rerum naturas capit. In eſſe auteʒ moris ex circunſtantiarum variabilitate actum eundem continuatum nedum impe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ratum ſed elicitum:eſſe ſucceſſiue moraliter bonum et ma-
lum:immo ſimul extrinſecis denominationibus eſſe talem
ambigere debet nemo:quare et virtutis habitum ad viciū
eſſe immediate inclinaturum:pariter vicij habitum ad vir-
tutem conſtabit conſideranti. ¶ Corrollarie igitur habes
duos virtutis et vicij actꝰ nō ſpecie differre:pariter et duos
illorum generum habitus ſpecie eſſentiali cōuenire. Et nō
modo de genere moris in genus:ſed de ſpecie in ſpeciem eſt
tam actui quam habitui poſſibilis tranſitus.

**PRimum notabile.** Ad eſſe potentie cognitiue vel
appetitiue actū ſeu cognitionē
vel appetitionē reqrit vitalis imutatio ſiue tēdētia i obiectū:quare
hmōi q̄litas extra ꝓpriū ſubiectū ſupnaturalr ꝯſeruata deſinēs vi-
taliter imutare/deſineret eſſe cognitio/ vel appetitio :ſiue volitio
vel nolitio.⁊ ꝑ ꝯſequēs ceſſaret eſſe moralr bona vel mala q̄litas igi
tur illa q̄ eſt odiū dei extra ſubiectū ꝓpriū deſineret eſſe odium/ ⁊ deſineret re-
cte rationi eſſe difformis/ atq̄ moraliter mala.

**Secundum notabile.** Accidentiū anime/ quedā ab alijs
dependent in eſſe vitalis imutatio
nis:ꝑut actus appetitiuꝰ ab actibus cognitiuis:paſſiones ab actibus q̄bus nō
repugnat in ꝓprio ſubiecto in eſſe entis(illis ablatis)cōſeruari: ſed deſinēt eſſe
tales/ſcʒ vitaliter imutantes.Exempli grā:illa qualitas q̄ eſt volitio conſerua-
ta tñ anima ſine cognitione deſineret eſſe volitio:qualitas que eſt triſticia illic
ſine voluntatis actu cōſeruata deſineret eſſe triſticia.

Vitalis imutatio.

**Tertium notabile.** Volūtas potēs eſt actū eundē continua-
re diuerſis ſuccedentibꝰ circūſtātijs adia
centibus:ꝑʒ:ꝓpter ſolas adiacētes circūſtantias non cognit volūtas ab actu de
ſiſtere manēte ſufficiēs obiecti cognitiōe:cū in eē actus nō depēdeat ab eis.

Accidētiū aie varietas.

**Prima concluſio.** Omnis actꝰ in eſſe entis manēs pōt prorſus
morali bonitate atq̄ malicia denudari:ꝑʒ ex
primo notabili quare ſicut nullus actus eſt eſſentialiter actus:ſic nec eſſentiali-
ter bonus vel malus.

Actꝰ idem pōt variatis rerū circunſtantijs continuari.

**Secunda concluſio.** Idē actus cōtinuatus nedum impa-
tus verū ⁊ elicitus pōt ſucceſſiue eſſe
moraliter bonus ⁊ malus:ſicq̄ moraliter de gn̄e in genus tranſire :oſtendo : pōt
idem actus imperatus aut etiā elicitus continuari libere per tp̄s/ in cuius vna
parte adiacebit conſcientia cōformis:deinde ſuccedet cōſcientia difformis: aut
vna tēporis pte adiacebit obligatio ꝑcipiēs.⁊ i alia pte ſuccedit obligatio ꝓhi-
bens:aut in vna pte bonus finis/in alia malus:aut vna pte debita tpis vel loci
circūſtātia:in alia pte īdebita:nec cogit volūtas per ſolā taliū circūſtantiarum
adiacētiū mutabilitateʒ deſiſtere ab actu:igitur idem actus de bonitatē in mali
ciā vel econuerſo tranſibit.

**Tertia concluſio. Contingit** eūdē actū nedū impa-
tū verū ⁊ elicitū ſit cē
extrinſece bonum ⁊ malum:oſtendo de imperato.nam eadem exterior operatio
poteſt effectiue a duobus interioribus diſparatis iperari:quoꝝ vnꝰ ſit bonꝰ ⁊ al
ter malus:ſicq̄ ex vno bonitatem/ex altero maliciā ꝯtrahet:prout eadē vocalis

Actū eūdē ꝯtingit ſit eſſe bonuʒ ⁊ malum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vel ſcripta ꝓpoſitio equoca duab⁹ ſubordinata mētalib⁹ ab vna ꝟitatē/ab alia aūt falſitatē ſuſcipit: ⁊ qꝛ actus volūtatis elicit⁹ pōt ab alio volūtatis actu refle xo eſſe iperat⁹/idē de eo ꝯtingere pōt. ſ. impato a duob⁹ diſparatis actib⁹: q̄rū vn⁹ ſit bon⁹/⁊ ali⁹ mal⁹: q̄lr de mētali ꝓpoſitiōe nō vltiata p̄rib⁹ mētalib⁹ vltiatis ſubordiata. Quinimo forteſ alicui nō iꝓbabilr ꝯcedēdū videbit op⁹ duob⁹ finib⁹ diſparatis factū: vno fine bono: ⁊ altero malo: ſiḣ eſſe moralr bonū ⁊ malū ſuadeṫ ꝯtingit vtrāqꜫ finiū volitionē eſſe efficacē talis opis/iperatiuā tanqꜫ mediū in ſi nē. Nec conclude ex hoc actū tertiū q̄ eſt mediū mali ⁊ finis boni eſſe ſimul mora liter bonū ⁊ malū prout velle furari ad ſubueniendū ꝓximo (quē actū quibuſdā dicere placuit eſſe ſimul bonum ⁊ bonum) id morali peritie nō q̄drat: cum huius tertij act⁹ obiectum tale nō ſit rationi cōforme/ſed difforme: non em̄ ſufficit ob iecti partē rōni recte ꝯformari: alias ois actus de genere bonoꝝ aliq̄ circunſtā tia bona ⁊ aliqua mala circunſtantionatus eſſet ſimul bonus ⁊ malus.

¶ Prout enim conceſſum eſt actū eundem extrinſece ſimul eſſe bonum ⁊ malum ſic eū cum gratia ſimul bonum ⁊ venialiter malum fatendum eſt eſſe extrinſece meritorium ⁊ demeritorium.

Actus idē diuerſarū ſpecierum moris.

## Quarta concluſio. poteſt idē actus conti

nuatus eſſe malicijs ſpecierum diuerſorum ſucceſſiue malus: pariter idē actus diuerſarum ſpecierum bonitatibus bonus.

¶ Primā partē oſtendo: volitio cognoſcēdi carnaliter berthā diuerſis tꝑib⁹ ꝯti nuata/quoꝝ vno tꝑe erat ſoluta: ⁊ alio eſt ligata/habuit fornicationis maliciā: deinde adulterij prauitatē/potiſſime hoc ſciēte: cū ſola enim credulitatis varie tate volitio cōtinuata ſucceſſiue/in eſſe moris diuerſificari pōt: exēpli grā cre dat fur inuincibiliter rē non eſſe ſacrā: ⁊ poſtea ſciat eſſe ſacrā: volitio eadem de ſimplicis furti malicia/in ſacrilegij maliciam tranſibit. idem in genere bonoꝝ facile oſtendes.

## Quinta concluſio. idē actus poteſt in ge

nere maloꝝ eſſe ſimul malus diuerſis maliciarum ſpeciebus: ⁊ idem de bono.

ADDI. ✱ Idem actus pōt i gñe maloꝝ eſſe ſit malus diuerſis maliciaꝝ ſpeciebus.

¶ Primū ſupra patuit de actu q̄ malicia mortali ⁊ malicia viciaṫ: aut alio actu ꝓ priā h̄ñte maliciam preterqꜫ a fine pōt alterius ſpēi iniquitatē ꝯhere. In gñe pa riter bonoꝝ actus p̄ter ꝓpriam bonitatem pōt a fine vel alia circūſtātia bonita tē alteri⁹ ſpēi ꝯtrahere: idē em̄ actus mediū finis vtriuſqꜫ ſpēi bonitatē ꝯhit.

¶ Sequuntur corollaria. Primum. idē habitus ſucceſſiue erit virtutis ⁊ vicij: pꝫ: denoiatur ab actu ad quē ꝓ tūc inclinat. ſed ex dictis actus idē ꝓ certo tꝑe bon⁹ erit alio tꝑe malus. igitur ⁊ habitus. Ipſe enim tēpore bonitatis actus denoia bitur virtutis habitus/pro tꝑe autē malicie actus erit viciū habitus.

¶ Scdm corollariū: bonū moraliter ⁊ moralr malū: nō neceſſario differentiā entiꝫ ſpecificā arguūt: pꝫ ex dictis: idem actus ſucceſſiue ſub illis denominationibus trāſit de vna in aliam ſine ſui corruptione permutabilis.

¶ Tertiū corollariū: actus ſimul extrinſece bonus ⁊ malus diuerſis habitudini bus precipiṫ ⁊ ꝓhibeṫ: eſt rōni recte conformis ⁊ eidē difformis: de eo penitēdū ⁊ de eodē gaudendū: non aūt ꝯcedo negatiuas: ꝓcipiṫ/nō ꝓcipitur: ꝯformis rōni ⁊ eidē nō ꝯformis: penitendum de eo ⁊ de eo non penitendum.

Act⁹ idem ꝑmūs ſpē diſtinctis ꝑmiabiṫ.

## Primum dubium. an actus diuerſis ſpe

ciebus bonus: ꝑmūs ſpē differētib⁹ ꝑmiabiṫ: ⁊ ꝑiter de actu varijs ſpēb⁹ malo.

ADDI. An ſit dabilis act⁹ oib⁹ ſpēb⁹

¶ Reſpondeo ſic: niſi r̄ñdenter merces aut pena eminenter diuerſarum ſpecieꝝ ponatur poſſibilis.

## Secunduꝫ dubium. an dabilis ſit actus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnib⁹ ſpēbus mali poſſibilibus inuolutus: ⁊ parit̃ de bono in ſuo genere. ¶ Re- malis poſ
ſpondeo q̄d non formaliter. Nã infinite ſunt multiplicabiles ſpecies: cum infini- ſibilibus i
te variari poſſit obiecti rō tã penes magnitudinẽq̄ multitudinẽ: nõ em̃ vnica ē uolutus.
circũſtãtie pſone ſpecies: pariter nec loci/nec tpis/nec modi agẽdi/nec finis: i-
mo cuiuſlibet horum generum infinite variabiles ſunt ſpecies ſufficientes in a-
ctibus differentiã ponere ſpecificã: nequit aũt pro ſtatu vie ad infinita ſpecie di-
uerſa ſcdm q̄ diuerſa eſſe formalis vel interpretatiua aduertẽtia: quare nec act⁹
idem poteſt formaliter hoc ſtatu vie illis omnibus labe fieri vel iſtis decorari di-
ci formaliter: nam iſte actus volo omnibus maliciarum ſpeciebus irretiri: cõti-
net obiectiue (confuſe tamen) omnes ⁊c. Non autem formaliter eis omnibus in-
ficitur/intelligo formaliter: ſic q̄ infinitis diſtinctis actibus illarum ſpecierum
malis equiualeat: ſic eſſet infinite malus: ⁊ idem dico de iſto volo omnibus ſpe-
ciebus bonitatis mihi licitis ornari.

ET ſi actuum de genere boni quidam ſint extrin-
ſece tales: quidam intrinſece: nullus tamen nõ
immutationis intuitiue particeps eſt immuta-
biliter ſeu neceſſario bonus: etiã in ſenſu com-
poſito propoſitiõe accepta: videlicet remanẽs
act⁹ pariter ⁊ liber. Non modo enim huiuſmodi quilibet
poteſt effici non bonus: quinimmo malus ex circunſtantia
eum viciante: prout ex conſciẽtia contra dictã te: ex obliga-
tione prohibente: ex aliquo fine qui tali actui p̄ſtituit̃: aut Actus in-
ex alia quauis circunſtantia pro tunc diſcrepante qua ipſi⁹ trinſecebo
actus ad rationem rectam ſurgat pro tunc difformitas. ni dupli-
¶ Actuum nihilominus intrinſece bonorũ forte quoſdã ces.
intuitiuos: nonnullos abſtractiuos reperire eſt. Et intuiti-
uorum quoſdã non integre rectitudinis: ſed partis ſeu nõ
omnium ad eam requiſitorum: quoſdam integre rectitudi-
nis intuitiuos ſeu omnium ad eam requiſitorum: ⁊ potiſſi-
me intuitiuos rectitudinis dictaminis prudentialis obie-
ctum actus informantis: huius generis enim actus (in ſen-
ſu compoſito) eſſentialiter ſeu neceſſario bonos fateri non
pigebit: nec viciabuntur vnq̄: quinimmo potius per corru-
ptionẽ mox eſſe deſinerent: nam ſic falſificaretur dictamen:
et per conſequẽs voluntatis actus per modum intuitiõis
pro obiecto habens dictaminis rectitudinem ſeu habens
dictamen vt tale (iam deſinente dictaminis rectitudine) de-
ſinet eſſe: hec enim eſt intuitiui actus conditio. Ille igit̃ vo-
luntatis actus (defectu ſcilicet exiſtentie) non viciabitur:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed alius retento eodem voluntatis conatu alteri ſuccedēs abſtractiuus poterit ex aliqua preadductarū circunſtātia viciari: non inconuenit quidem actum actui imperceptibiliter ſuccedere. ¶ Rurſus actuum quidam ſunt humāi: alij ſupernaturales. ¶ Et iſti duplices: quidam immediate ſupernaturales: ſcilicet a ſolo deo producibiles: alij mediate ſcilicet generabiles ab habitu a ſolo deo ꝑducibili. Et duplices: quidam naturaliter ab habitus preſentia independentes: alij autem dependentes. ¶ Qui enim ab habitu incompoſſibili malicie mortali dependerent: nequeunt mortaliter viciari: quamuis eos aliqua ſupra adductarum circunſtantiarum venialiter fedari non repugnet. Ab habitu autem ſupernaturali cuicūq; generi malicie incōpoſſibili dependentes (ſi huius conditionis habitus poſſibilis cōcedatur) ſic huiuſmodi actus nequaq; vlla malicia deturpari valerent. prius enim corrumperētur corrupto habitu ipſi malicie incompoſſibili.

Act⁹ q̇da₃ intrinſece bonus q̇dā extrinſece.

**PRimuȝ notabile. Actuum voluntis** etiā recte circunſtantionatorū q̇da₃ circunſtantias ipſas h₃ circunſtātes: ⁊ talem ab eis appello extrinſece bonū: quidam circunſtantias omnes debitas ꝑ eis obiecto includit/cum dictamine prudentiali ⁊ ab eis obiectum ſic informātibus actum voco intrinſece bonum. ¶ Sic igit̄ in propoſito differt ab eſſentialiter tali: nā dicendus eſt in ſenſu cōpoſito atq; morali eſſentialiter actus bonus: q̇ neq̇t deſinere eē bonus. ſ. manēs actus. Et vt ſit ſenſus ꝯpoſitior: itelligat̄ manēs actus ⁊ liber. qḋ addo propter cōtinuatiōis naturalitatē: ſic em̄ acceptis terminis nō repugnat eſſe actū intrinſece bonū: ⁊ nō eſſentialiter bonū: vt ſtatim patebit.

Actus itui tiui an ſint ivoluntate repibiles.

**Secundum notabile. queādmodū ſunt** in intellectu act⁹ aliq̇ ītuitiui: ſic in volūtate aliq̇s hui⁹ gn̄is eē ponēdos: nec experiētie nec rōni repugnat. Tū ꝑmo appetitui ſēſitiuo īſūt hmōi act⁹ q̇ ſenſatiōes ītuitiuas ꝯcomitant̄: tū etiā hui⁹ gn̄is vr̄ eē btifica fruitio. Prout em̄ ꝑ obiecti abſentiā deſinit eē intuitiua noticia: ſic ⁊ ītuitiua volitio aut nolitio: ⁊ nedū ꝑ obiecti materialis ſ₃ certe ꝯditiōis vel diſpoſitiōis abſentiā/aut modi ſe hn̄di: grā cui⁹ formalr̄ erat obiecti intuitio id eſt obiecti vt talis ſeu vt taliter ſe hn̄tis erat intuitio: cū em̄ ſit de rotundo q̄dratū/mutat̄ intuitiua cognitio ex modi ſe habendi mutatione. Diuerſimode enim ille intuitiones connotāt. illa rem rotū de ſe habere: iſta quadrate.

ADDI. Actus abſtractiuus tā cognitiuus q̄ʒ appetitiuus nō requirit ſui obiecti preſentiā. cuius eſt abſtractiuus.

**Tertium notabile. actus abſtractiuus** tā cognitiu⁹ q̄ʒ appetitiu⁹ nō req̇rit ſui obiecti p̄ſentiā cui⁹ ē abſtractiu⁹: p₃: differt ꝑ hoc ab ītuitiuo. ¶ Sequunt̄ corollaria. Primū: queādmodū pōt obiecti abſentis eſſe cognitio ſic volitio aut nolitio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Secūdū nō pigre notādū:ꝯtingere pōt oēs alicuꝰ actꝰ cū prudentia circūſtā tias eſſe abſentes ⁊ i eas obiectiue ferri volūtatis actū:ſint igit̄ i, recordatione ſeu i abſtractiua cognitiōe materia/circūſtātie/loci/tp̄is/finis/modi agendi/ pariter prudentia. Dico prout i eas abſentes ferri pōt itellectꝰ:ſic ⁊ volūtas vo lendo ſcȝ aliq̄d tali tp̄e:tali loco/tali modo/tali fine:ꝯformiter ad taleꝫ prudētiā q̄ oīa ſint abſentia. ¶Terciū corollariū. Eſto q̄ꝺ p̄ſentia eſſent hec oīa:non opȝ nihilominꝰ volūtatis actū abſtractiuū deſinere eſſe ꝑ alicuiꝰ eorū remotionē: aut ꝑ variationē modi ſe habēdi alicuꝰ eorū. ¶Exēpli grā:locꝰ deſinat eſſe de bitꝰ aut icipiat eſſe talis:aut alia circūſtātia. pariter dictamē deſinat eſſe rectū nō ꝓpter hoc actꝰ abſtractiuꝰ deſinet eſſe. ¶In hoc em̄ errāt plurimi credētes volūtatis actū(deſinēte eſſe prudētia/aut ea deſinēte eſſe recta)deſinere eſſe:qr ferebat̄ i prudētiā vt inexiſtētē:⁊ vt exiſtētē rectā. ¶Cōtra. iudiciū quo iudicas ſortē eſſe albū(pono eū te ignorāte eſſe mortuū)fert̄ i ſortē vt exiſtētē albū:nō tn̄ actus ille iudicatiuꝰ deſinit eſſe ꝑ hoc ꝙ ſortes deſinit eſſe albꝰ/igit̄ nec actus volūtatis abſtractiuꝰ deſinet eſſe ꝑ hoc ꝙ deſinit eſſe prudētia:aut ꝑ hoc ꝙ deſi nit eſſe recta/q̄ eſt obiecti eiꝰ ꝑs ꝯn̄a pȝ ex āndictis/actꝰ abſtractiuꝰ nō deſinit eſſe per ſui obiecti abſentiam.

## Prima cōcluſio. quilibet volūtatis actꝰ

creatū actuū voluntatis efficiētiā attingat: mediate aūt ad eos inſtigat ꝛ mouet: nā allectiuas obiectoꝝ cognitiones miniſtrat: ꝑ q̄s motus ꝓuocātur ſenſuales: ex q̄bus intellectiui ſurrepūt ꝯformia iudicia volūtatē ad actus illis motib⁹ cōſonos inſtigātia/eoſqꝫ ꝯproducentia. ¶ Aliam nihilominus ſequēdo opinionē rn̄debit fortaſſis quiſpiā affirmatiue ſaltē de q̄litate morbida in aīa: vcꝫ ꝑ modū habitus vicioſi agēdo: ſꝫ ꝑfecto ſic eſſet vere habitus: ꝛ ita nō a corpis q̄litate nec abſqꝫ actuū exercitio per naturā ꝓduceretur: corpus em̄ nō niſi ꝑ modū obiecti ſpiritū agit: alterā vero q̄litatē q̄ corpori herere aſſerit̄ (aiunt) ſenſitiuū inſtigare appetitū: nihilominus dicere ſupereſſet quē nā ſenſuū immutat: quamve ſenſationē: videlicet an intuitiuā: an abſtractiuā comproducat.

Fomes bono coopari pōt: alia de fomite pulchra.

## Secundum dubiū. an originalis fomes bono cooperari valeat.

## Reſpondeo ſic: oſtendo. cōtingit actum

pri⁹ malū ad quē ꝓuocabat fomes effici bonū ꝯtinuatū: ſed ꝑ hmōi extrinſecā ꝑmutationē nō ceſſat fomes ad eundē inſtigare actū: cū ſit naturale agēs: nec vlla fiat eius/aut alterius actionē ipediētis variatio: igit̄ ad actū eundē nūc bonū inſtigat atqꝫ ꝓuocat qualiter prius. ¶ Et id dico veꝝ ſiue diſcraſiata cōplexio/aut ſenſualitas ponat̄ fomes: ſiue et in corpe vel in aīa ſit ſuperaddita morbida q̄litas: fomes em̄ aliquē ante ꝯiugiū carnaliter miſceri inſtigans/ad idem poſt coniugium prouocare poterit: pariter ad cibum hora prohibita ꝛ hora precepta/tunc ad malum nunc ad bonum concitat ꝛ mouet.

## Sequūtur corollaria. Primū non eſſentialiter

aut itrinſece fomes i malū tēdit/aut ſub iniq̄tatis rōne liberū arbitrium ad opus ꝓuocat/ſed ei ꝑ accidēs id euenit: ei⁹ em̄ formalis rō eſt ſenſualitatis legē ſeq̄: ꝛ ipſi⁹ pn̄s ꝓcurare cōmodū: qꝛ q̄m frequētius diuine obuiat legi eterno ꝙ ꝯriat̄ bono: hic ſepi⁹ qᵭ ad malū ſolicitat volūtatē fomes: cui⁹ q̄dē frequētia hoc indiſticte genuit adagiū: vcꝫ originalē fomitē efficere ad malū ꝓnā nāꝫ: rōniqꝫ aduerſari q̄ ſemꝑ deꝑcat̄ ad optima. ¶ Scōm corollariū. Fomes in eodē nō eq̄liter ad oīa ſtimulat vicia: nec ad idē ſcel⁹ eq̄r in diuerſis ſuppoſitis ꝓuocat/nec in eodē ad idē eq̄r etatibus ꝯditionibuſqꝫ variȷs: pꝫ: nō ē ſenſualitatis in oībus ꝛ ſemꝑ idē cōmodi vel incōmodi modus: ꝛ ſic nec eius lex cunctis eadem.

Hominis vulnus ex pctō.

Homo latrones īcidens (qui eum expoliauerunt: plagiſqꝫ multis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto) ſic in omnibus virib⁹ vulneratus eſt: atqꝫ in ſupremis potentiȷs itellectu ꝛ voluntate a ſtatu nature cōdite vſqꝫ adeo minutus: vt (quorundā opinione) niſi

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

ſpeciali dei ope adiutus nequeat aliquid recte agendum cognoſcere:nec cognitum recte velle: neque in malo tentationem ſuis naturalibus vincere. ¶ Ita igitur vt huiuſmodi vulneris eū debilitantis pernicioſitate nō valeat ſine ſpeciali dei auxilio intellectus de agendis rectū habere iudicium:aut voluntas actum moraliter bonum illi conformem elicere:quinimmo nec peccatum contra tentationē vitare. Alij contrarium ſentiunt:quorum opinio plus rationi quadrat:auctoritatibus autem conformior eſt illa.

**PRimum notabile. auxilium dei generale** ſeu gn̄alis eiꝰ īfluētia dr̄ dei ꝯcurſus:quo gn̄ali mō ſc̄dis coagit cauſis:vcꝫ effectū cōproducendo. In nullū eīn potēs eſt effectum abſqꝫ tali auxilo cā ſc̄da nec q̄cquā niſi ei coagēte deo atqꝫ effectum cōproducente efficere. ¶ Auxiliū aūt ſpeciale(dicit Greg. ariminenſis in ſc̄do)eſt q̄dam ſpecialis modus agēdi:vcꝫ(inq̄t)nō ſolū coefficiēdo effectū: ſed faciendo volūtatē partialiter cōcauſare. Ita q̄ ipſa volūtas partialr̄ cōcauſat applicata/⁊ quaſi inſtrumētalr̄ mota adeo ad ſic partialr̄ cauſandū:i qua tñ motiōe ipa nō neceſſitat:ſꝫ inſtr̄m liberꝫ exn̄s(in cuiꝰ ptāte eſt ſeq̄ motionē p̄ri agētis)iuuat ita vt agat q̄ nō ſic adiuta nequaq̄ agere potuiſſet:vcꝫ ad actū moralr̄ bonū. Ad ꝓductionē vero actus mali ſolū p̄mo mō deꝰ cōcurrit:nō eīn facit volūtatē agere actū malū ſicut facit eam agere actū bonū:⁊ hoc eſt illud auxiliū dei ſpeciale ſine quo dico nihil nos bene velle vel facere. hec ille. ¶ Verūtñ nō mihi videtur hec ſufficiens auxilij ſpālis a gn̄ali differētia:nā a gente naturali effectū producente deꝰ nedū effectū cōproducit eundē:ſed ipm̄ agens agere facit atqꝫ ꝓducere effectū:nō tñ ſpāliter ei auxiliat:ſic quo ad cuiuſcunqꝫ actus tā boni q̄ mali ſubām/nō mō entitatē illam deus ꝓducit:ſed agere facit voluntatem.

¶ Concludo. igit ſpāliter auxiliari vt eſt ſermo nō ſolū ē effectū ꝯproducere ⁊ facere agens producere eundem:ſed eſt ſpecialiori modo coagere.

¶ Corollariū auxiliū hoc mō eſt ipſe deus ſic vel ſic agens:quare res eadem vcꝫ deus eſt auxiliū gn̄ale:eſt auxiliū ſpāle/⁊ inde concedēdū eſt auxiliū dei ſpāle ad actū indifferentē/aut ad actū malū ꝯcurrere:nec ſeq̄tur/auxilio ſpāli ad actum malū coagit deus:ergo ſpecialiter. Verūtñ ſc̄dm ſubiectā materiā loquētes vnā pro reliqua accipiūt:necꝑ nūc eſt vis faciēda. ¶ Notet alio modo poſſe deū auxiliari:vcꝫ p̱ doni iuuantis imiſſionē q̄ſit accidēs aīe in herens:de quo dicit Grego. arimi. homo hn̄s gratiā et gratū faciētē aut aliud quodcūqꝫ donū dei habituale adhuc ad bn̄ operādū indiget alio ſpāli dei auxilio. iuxta Aug. de natura ⁊ grā. ca. xxvi. ſicut oculus corpis etiā pleniſſime ſanus niſi candore lucis adiutꝰ nō pōt cernere:ſic ⁊ hō etiā pleniſſime iuſtificatꝰ(niſi eterna luce iuſtice diuinitꝰ adiuuet)recte nō pōt viuere:huic q̄rtū auxilij genus adduci pōt: vcꝫ ſpālis modꝰ quo deus voluntatē ad actū bonum neceſſitat: q̄ appellari pōt ſpecialiſſimum ſpeciale autem non neceſſitat.

Auxilium gn̄ale p̄ie ⁊ ſpeciale quid.

A D D I. Auxiliari (vt eſt ſermo)q̄d ſit. Eadē res eſt auxiliū gn̄ale ⁊ auxiliū ſpāle.

Auxiliū ſpālis opiniones fo. 71. ⁊. 72.

**Secundum notabile. Circa hanc materiam** fuerunt opiniones. Una(quam ſecuti ſunt Okam/adam ⁊ pleriqꝫ)negās animam ex pctō primi parentis ſic atrociter fuiſſe ſauciatam:quinimmo ipſam cum generali dei influentia valere rectum de agendis ferre iudicium: pariter

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

actum moraliter bonū elicere: ⁊ ꝯtra tentationē peccatū vitare: ſic tñ corrupta
fuit natura/ ⁊ ad malū prona: vt frequēter niſi ſpeciali dei auxilio adiuta nō ope
raretur bonū nec vitaret malū: aut non ita faciliter. Alia eſt opinio contraria
quā ſecuti ſunt Tho. alex. ⁊ alij poſt quos Greg. arimi. cuius he ſunt ꝓpoſitiōes
Prima nullus homo in ſtatu preſenti/ ſtante generali dei influentia poteſt abſcꝫ
ſpeciali auxilio ſufficienter cognoſcere quid volendū/ aut nolendum: quid agen
dum: aut vitandū. Scōm: nullus (etiā habita ſufficienti noticia) pōt ſine ſpecia-
li auxilio agere aliquē actū moraliter bonū. Tertia ꝙ pro ſuppoſitione ponit.
Nullus tētatus ad aliqđ vicium ſeu ad actū moraliter malū: pōt hmōi tentatio
nē abſcꝫ dei auxilio ſuperare. ¶ Alia fuit opinio quodāmodo media vꝫ ꝙ neqt
anima ſine diuina ope ſpeciali in actum dilectionis dei ſuper omnia cum ſit ſu
per naturam: in ceteros tamen actus potēs eſt. Huius opinionis tertie pōdus
ſatis ex aliarū duarū examinationibus patebit: quarum vtriuſcꝫ motiua cū opi
nionis oppoſite reſponſionibus adducam.

# Tertium notabile. prime opinionis mo

*Seruare virginitatem eſt in hominis poteſtate.

tiua ſunt. ¶ Primo ſacri eloquij auctoritas. prout. j. ad Corinth. vij. Qui ſtatuit
in corde ſuo firmꝰ nō hñs neceſſitatē ptātē hñs ſue volūtatis. ⁊ hoc decreuit in
corde ſuo ſeruare ꝟginitatem ſuā benefacit: ⁊ ꝑ conſequēs ſeruare virginitatē
eſt in hominis ptāte. Item Eccl. xv. Appoſuit tibi aquā ⁊ ignem: ad qđ volueris
porrige manū. ante hominem vita ⁊ mors bonum ⁊ malū: quod placuerit ei da-
bitur illi. Et ad Ro. ij. gentes q̄ legem nō habent naturaliter q̄ legis ſunt faciūt.
Aug. de duabus aīabus circa finē: propterea eñ corpora diligendo peccamus:
quia ſpiritualia diligere/ ⁊ iuſticia iubemur/ ⁊ natura poſſumus: ⁊ ipſe contra
fortunatum ꝓpria volūtate recta facimus: ⁊ cōtra felicē Manicheū lib. ij. habet
vnuſqſcꝫ in voluntate aut eligere que bona ſunt/ ⁊ eſſe arbor bona: aut eligere q̄
mala ſunt: ⁊ eſſe arbor mala: ⁊ idē alijs pleriſcꝫ locis. preterea magiſter ſniarū
lib. ij. diſt. xxvj. nō negamꝰ multa aū hāc gratiā: ⁊ ꝑter hāc gratiā fieri bona ꝑ li-
berum arbitrium.

¶ Secundo ſuadetur doctoris ſubtilis ratione li. iiij. diſtinc. xiiij. qō. ij. pctōr ex
iſtens in peccato pōt ex puris naturalibus habere attritionē de peccato oībus
circunſtantijs debitis circunſtantionatā ac ꝑ hoc moraliter bonā: alias pctōr
iuſtificaretur abſcꝫ aliq̄ diſpoſitione preuia ſufficiente de congruo ex parte eius
ad iuſtificationem: ⁊ ſic difficile eſſet ſaluare deum non eſſe acceptorē perſonaꝝ
cum vnum iuſtificet per infuſionem gratie/ ⁊ alium non. vel oporteret dicere ali
quam attritionem non moraliter bonam eſſe ſufficientem de congruo ad iuſti-
ficationem: quod non videtur verum.

¶ Tertio ipſius Okam ſuaſione lib. j. diſtin. j. queſtio. ij. Homo ex puris natu-
ralibꝰ poteſt habere rectū dictamen de aliquo diligendo (verbi gratia de diligē
do deum ſuper omnia) ⁊ tali dictamini poteſt ſe conformare: igitur ex puris na
turalibus poteſt deum diligere ſuper omnia.

¶ Item omnis potentia libera poteſt habere aliquem actum circa obiectum ſi-
bi oſtenſum: ſed non neceſſario deordinatum: igitur poteſt ex puris naturalibus
habere ordinatum. Item non eſt maior repugnantia actus moraliter boni ad
voluntatem ꝙ demeritorij. ¶ Quarto ratione ipſius ade libr. j. diſtinctio. pma.
Idem actus ſecundum ſpeciem poteſt elici a voluntate habituata/ et a volun-
tate non habituata: ſed poteſt voluntas cum gratia elicere actum bonum: ergo
etiā ex puris nālibus pōt in actū eiuſdē ſpēi. Itē ex frequentia actuū elicitorum
mediante charitate pōt generari habitꝰ naturalr inclinatiuus ad actꝰ ſiles: ⁊
ita ſi ſubtraheret charitas īfuſa poterit volūtas cū habitu acq̄ſito elicere actꝰ ſi
miles prioribus. Quinto arguit: in puris naturalibꝰ hō pōt ſtante dei influen-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

la generali) parẽtes honorare: indigenti ſubuenire: pro patria fortiter ꝛ con-
ſtãter pugnare: ꝛ alia hmõi prout de infidelibus plurimis legit̃ in q̃bus nullꝰ
diceret eos peccaſſe. Itẽ põt quis ex puris naturalibꝰ actũ agere remuneratio
re ſeu premio dignũ: ꝛ ſi nõ eterno ſaltẽ tẽporali: vt ptʒ Exodi.j. de obſtetricibꝰ
egyptijs que deũ timẽtes pueros ſeruabãt hebreoꝝ cõtra pharaonis p̃ceptũ:
quas remunerauit deus. Nõ aũt eſt dicendũ deũ pro actu malo premiare: igi-
tur. Idem ptʒ de antiquis moralibꝰ romanis: qui ſuis ſtrenuis actibus gloriã
meruerũt iperij. Itẽ alias quilibet infidelis: imo fidelis in peccato mortali exi
ſtens quocũq; ſuo actu deliberate facto peccaret: cũ nõ habeat gratiã ꝑ quam
actũ bonũ operet̃. Itẽ hõ nõ poſſet ſua volũtate ꝛ libero arbitrio vti niſi male:
cõtra Augu.ij. lib. de lib. arbitrio. c. xxxv. ¶ Sexto nihil eſſet homini imputabi
le: cũ nõ ſubiaceat facultati eius bonũ moraliter agere ꝛ malũ vitare: ꝛ potiſſi
me deo huiuſmodi auxilium ſpeciale homini non prebente.

* Põt q̃s ex purꝭ nã- libꝰ actũ a- gere remu- neratione ceu p̃mio di- gnũ: nõ tñ ſine ſpãli auxilio.

## ¶ Ad hec motiua reſpondet Greg. ari.

¶ Ad primum: talis vtiq; hʒ poteſtatẽ volũtatis ſue: nõ quidẽ taliter ꝙ poſſit
ex ſe ſic velle ſine adiutorio illius qui dicit: ſine me nihil poteſtis facere: ſed eo
iuuante: ꝛ ad hunc ſenſum intelligende ſunt cetere auctoritates: q̃ð ſi infidelibꝰ
aliqui fuerint actus moraliter boni: nõ id ſine auxilio dei ſpãli fuit. ¶ Ad ſecũ
dum reſpõdet Greg. talem attritionẽ perfecte circũſtãtionatã nõ eſſe abſq; ſpe
ciali dei auxilio: iuxta Aug. de fi. ad pe. c. xxxj. Firmiſſime tene ꝛ nullatenus du
bites neminem poſſe penitẽtiã agere: niſi quẽ deus illuminauerit: ꝛ gratuita
miſeratione cõuerterit: ꝛ ita cõcedit ꝙ abſq; preuia diſpoſitiõe ex parte peccato
ris (ex parte inquã eiꝰ tantũ: ita ꝙ nõ ſit a deo preueniẽte) iuſtificatur peccator
vnde gratis iuſtificatur ſicut dicit apoſtolus: cuius enim vult miſeretur: ꝛ quẽ
vult indurat: nec eſt in deo perſonarũ acceptio: q2 nõ eſt in his q̃ liberal'r ꝛ gra-
tis dantur. Ad tertiũ negat prima antecedẽtis pars. Negat̃ etiam ꝙ recto iu
dicio habito poſſet non adiuta ſe cõformare: ꝛ ad aliud pariter dicit̃ ſi aliquẽ
habeat actũ nõ adiuta diuinitus: ille erit deordinatus propter alicuiꝰ debite
circunſtantie carentiam. ¶ Ad quartũ negatur minor: nõ ſufficit enim gr̃a ſine
alio ſpeciali dei auxilio: ꝛ ad aliud dicẽdũ pariter nõ ſufficere habitũ acq̃ſituʒ.
Ad quintũ reſpõdetur q̃uis multa talia de genere bonoꝝ ex puris naturalibꝰ
agere quis poſſit nõ tamẽ ſine auxilio ſpeciali erũt moraliter bona: ꝛ ita timo
rem dei pro quo obſtetricibꝰ deus edificauit domos nõ habuerunt ex ſe tantũ:
ſed ex deo miſericorditer inſpirante: ſic de romanis ꝛ ſimilibus gentilibꝰ ſi ali-
quos actus habuerint bonos: nõ ſine ſpeciali dei auxilio habuerũt eos. Freq̃n
ter etiã ab hominibus tũc credebãtur virtutes q̃ nõ erãt: ꝛ ita ab eis premiabã
tur. Et ad aliud de infidelibus ꝛ alijs extra gratiã põt eis auxiliũ ſpeciali com
municari: quare nõ ſequit̃ quẽcunq; eorũ actũ eſſe culpabilẽ. Ad ſextum dicit
Grego. pro nullo ſtatu quis tenetur ad aliquid pro tunc ei impoſſibile: pro iſto
autem ſtatu non eſt homini impoſſibile bene agere: nam poteſt cum adiutorio
bene agere: ſed bene eſt ſibi impoſſibile ex ſe tantum bene agere: immo ſimile
argumentum fieri poſſet de influentia generali. Et cum ponitur ꝙ deus non
auxilietur homini ſpecialiter ad bene agendum. Reſpondet non omnis impo-
tentia bene agendi excuſat hominem a peccato: ſi non benet agat: quia nõ illa
que eſt pena peccati: ſicut nec ignorantia que eſt pena peccati excuſat a pecca-
to: ſi non agat ꝙ debet: aut agat ꝙ non debet: ſm preſentem enim ſtatum om-
nis homo impotẽs ẽ ad bene agendum ex ſe propter culpam originalem ſine
qua cuilibet fuiſſet collatum auxilium quo bene ageret ſine alio auxilio ſpecia
li: ſicut poterat primus homo ante peccatum: ꝛ ideo ſi deus nunc nõ auxiliet̃ ali
cui auxilio ſpeciali: nõ propter ea excuſatur a peccato: ſecus ſi primo homini an
te peccatum tale auxilium defuiſſet.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Quartū notabile. ſcðe opiniōis quoad

ſuprapoſitas tres cōcluſiōes motiua ſunt hec. ¶Quātū ad ꝓmā em̄ cōcluſionē
que eſt hec. Null⁹ hō in ſtatu ꝑſenti: ſtāti gn̄ali dei īfluētia pōt abſꝗꝫ ſpāli auxi
lio ſufficiēter cognoſcere q̄d volēdū: aut nolēdū: q̄d agēdū: aut vitādū. Primo
per apoſtolū. ij. ad corīthios. iij. Nō ſumus potētes ex nobis: quaſi ex nobis ali
quid cogitare: ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. Itē p Aug. ꝓmo retrac. ca. ix. dicē
tē ad miſeriā iuſte dānatiōis ꝑtinet ignorātia: ⁊ difficultas q̄s patit̄ hō omnis
ab exordio natiuitatis ſue: nec ab iſto malo quiſꝗꝫ niſi gratia dei liberaret̄. Et
lib. vj. cōtra Julianū. c. xxvj. vbi allegat iſtud apoſtoli. j. Corin. ij. Nō em̄ ſpiritū
huius mūdi accepim⁹: ſed ſpiritū q̄ ex deo eſt vt ſciam⁹ q̄ a deo donata ſunt no
bis: ⁊ alijs pleriſꝗꝫ locis idē aſſerere videt̄. Itē Hugo lib. j. de ſacramētis par.
vij. ca. xv. aīa rōnalis corpori humano īfuſa (niſi p gratiā adiuuet̄) neꝗꝫ cogni
tionē veritatis ꝑcipere: neꝗꝫ cōcupiſcētie carnis reſiſtere pōt vbi de cognitiōe
ꝑtinētiū ad ſalutē loquit̄. ¶Itē ad hoc eſt expſſa mileuitani cōcilij determina
tio. c. v. Si quis dixerit gratiā dei per Jeſum chriſtū dn̄z noſtrū: ꝓpter hoc nos
tm̄ adiuuare ad nō peccādū: q2 per ipſam nobis reuelat̄ intelligētia mādatoꝝ
vt ſciam⁹ q̄d vitare debeam⁹: nō aūt p illā nobis ꝑſtari vt q̄d faciēdū cognoue
rimus: etiā facere diligam⁹ atꝗꝫ valeam⁹: anathema ſit. Et ſubdit̄: vtrūꝗꝫ eſt do
num dei: ⁊ ſcire q̄d facere debeam⁹: ⁊ diligere vt faciam⁹. ¶Itē ſancti p hmōi
noticia habēda orabāt: igit̄ ex ſe nō poterāt eā hr̄e. ¶Scða cōcluſio. Null⁹ etiā

✱ An ſine
ſpāli dei au
xilio null⁹
poſſit ali-
quē actum
moralr̄ bo
nū agere.

(habita ſufficiēti agēdoꝝ aut vitādoꝝ noticia) pōt ſine ſpāli dei auxilio aliquē
actū moraliter bonū agere. Primo per illud apoſtoli nō eſt volētis neꝗꝫ curren
tis ſed miſerētis dei ad Romanos. ix. ⁊ ad Philippē. ij. Deus operat̄ in nobis
velle ⁊ ꝑficere ſeu opari. Et. j. Corin. iiij. Quid em̄ habes q̄d nō accepiſti. ¶Itez
Aug. in de correc. et gratia. ca. xlvij. liberū arbitriū ad malū ſufficit: ad bonum
aūt paꝝ eſt niſi adiuuet̄ ab oīpotente bono. Et in epiſtola ad hylariū ſyracuſa
num circa principiū dicit. Ualet itaꝗꝫ liberꝝ arbitrium ad bona opera ſi diuini
tus adiuuetur: deſertum vero diuino adiutorio (qualibet ſciētia legis excellat)
nullo modo habebit iuſticie ſoliditatē: ſed inflationem impie ſuperbie ⁊ exitio
ſum tumorē. Et de verbis apoſtoli ſer. xij. prorſus ſi adiutoriū dei defuerit: ni-
hil boni agere poteris. ¶Itē rōne: homo non pōt ſine ſpeciali dei opeꝛ diligere
deum ꝓpter ſe: ſed omnis actus nō relatus in deū ſic dilectū eſt culpabilis: igi
tur ⁊c. Aſſumptū pꝫ per Aug. in epiſtola ad vitalē liberū arbitriū ad diligēdū
deum primi peccati grāditate perdidim⁹. Et anſel. de cōcor. ca. antepenul. vo-
luntas poſt deſertā iuſticiā facta eſt ancilla ſue affectiōis que ad cōmodū eſt.
Infert ex his Grego. arimi. ꝙ homo in preſenti ſtatu nō pōt ex ſe tm̄ aliq̄d vel-
le vel diligere niſi in relatione ad ſeipſum: ⁊ per cōſequēs nō pōt diligere deū
propter deū: neꝗꝫ primā gratiā mereri pōt: nec de cōdigno: nec de cōgruo: p gra
tiam intelligēdo q̄dcūꝗꝫ dei ſpeciale auxilium ad bene operandū ſiue adiuuet
deus donū infundēdo: ſiue per ſeipſum mouēdo volūtatem: ſiue quocūꝗꝫ alio
modo iuuet: qm̄ nō pōt habere ante primā gratiā actū liberi arbitrij nō culpa
bilem. ¶Itē alia ratione. homo ſtulte ⁊ ſuperflue imploraret adiutorium dei

✱ Pelagij
error dam-
natus.

ad bene agendum vel malo reſiſtendum teſte Augu. contra pela. in de natura
⁊ gratia. ca. viij. Quid (inquit) ſtultius ꝗ̄ orare vt facias: quod in poteſtate ha-
beas. ¶Preterea huius ſententie ſunt Ambro. Hiero. Grego. Anſel. Joan. da-
ma. Iſido. Magiſter ſententiarum: ⁊ alij multi quorum autoritates in ſenten-
tia: prout ille beati Augu. ſonant. In oppoſitum fuit vnus de erroꝛib⁹ pelagij
damnatis: quoniam pelagius poſuit ꝙ homo habita ſufficienti noticia p do-
ctrinam: aut reuelationem dei de his que volenda vel agenda ſunt poteſt
abſꝗꝫ alio auxilio velle ⁊ agere que volenda: ⁊ agenda eſſe cognoſcit. ¶Ter-
tia concluſio. Nullus temptatus ad aliquod vicium ſeu ad actum moraliter

malum

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

malum poteſt huiuſmodi tētationem abſq̄ dei auxilio ſuperare probatur per illud Sapientie.viij. Non poſſum eſſe continens niſi deus det. ¶Item per Auguſtinum in epiſtola ad paulinum nolanum epiſcopum: quando contra tentationes concupiſcentiaſq̄ illicitas dimicamus q̄uis ꝛ illic habeamus propriā volūtatē: non tamen ex illa: ſed ex adiutorio dei noſtram preuenire victoriam. ¶Item Innocentius papa ſcribens epiſcopis qui carthaginenſi concilio affuerant (inquit) pares nos ad reſiſtendum tentationibus nō liberum arbitriū ſed dei ſolius auxilium poteſt facere.

Auxilium ſpāle tribꝰ modis concurrere pōt ad bonuꝫ.

¶Ad prenumeratas obiectiones cunctas trimembrem pono reſponſionem: non quidem dei auxilium ſpeciale negando: nam id oſtendunt auctoritates quibus innuitur aliter ad bonum q̄ ad malum hominem iuuari: huiuſmodi autem auxilium eſt meriti: aut facilitatis: aut facti: id eſt ad meritum concurrit auxiliū dei ſpeciale: aut ad boni operis facilitatem: aut de facto ad operandum aliquid qd̄ alias non operaretur: q̄uis ipſum operari potuiſſet. Primum eſt neceſſitatis. Secundum aut tertiū nō ſemp: nōnūq̄ eīn ipoſſibile p valde difficili ſumitur. ¶Fateor igitur non omnes ſanctorum autoritates de bono meritorio eſſe intelligendas: vt expreſſe patet ex Augu. contra iulianum lib. iiij. ca. vij. vſq̄ ad. xvij. vbi de infideliū actibus agit: quibus ſpeciale auxilium requiri dicit: quos conſtat eſſe non meritorios dicere pariter non niſi pro operis facilitate concurrere tale dei auxilium: iſtud (ſaltem vniuerſaliter intellectum) reprobari videtur per milletanū concilium tempore innocentij primi celebratum: vbi ca. vj. dicitur quicunq̄ dixerit: ideo nobis gratiam iuſtificationis dari vt quod facere per liberum iubemur arbitrium facilius poſſumus implere per gratiam: tanquam ſi gratia non daretur non quidem facile: ſed tamen poſſumus etiam ſine illa implere mandata diuina anathema ſit: diceretur in q̄ iſtud eſſe verum: ſcilicet nō vniuerſaliter ad ſolam facilitatem ſpeciale tribui auxilium: ſed quandoq̄ ad agēdū etiā aliquid qd̄ alias fieri poſſet: quis enim dubitat multa ab homine fieri poſſe q̄ abſq̄ dei ſpeciali ope nō fierent. Argumentū q̄ fruſtra oraret nō militat q nōnūq̄ orat vt res fiat q̄ non fieret lꝫ fieri poſſet: aut vt facilꝰ fiat: aut vt fiat illo medio q̄ fieri a deo preuiſuꝫ eſt. ¶Ex dictis patent vtriuſq̄ opinionis motiua: quid autem dicendum mihi videatur ſint concluſiones.

*Impoſſibile p valde difficili nō nūq̄ ſumit.

Auxiliū ſpālis reſolō.

Prima cōcluſio. potuit iuſtꝰ deꝰ in peccati penā ſic humanū genus atrociter ſauciare: atq̄ animā quo ad intellectū ꝛ volūtatē tali lāguore efficere: vt nec itellectꝰ cū ſola dei gn̄ali iſlueētia vllū moralr ve᷑ cernere valeret nec volūtas actū moralr bonū operari: ptꝫ ois creatura eſt in mera poteſtate eius obedientiali: tum etiam illud fieri contradictionem non includit.

* Omnis creatura ē i mera ptāte eiꝰ obediētiali.

Secūda cōcluſio. ex nulla intra nos experientia aut ratione cōcludi poteſt ſpeciale dei auxiliū ad actū moraliter bonum potius q̄ ad actum malū requiri: pbo omnis pnitas ad malū ꝛ difficultas ad bonum que in nobis experimento percipitur poteſt per appetitum ſenſitiuum qui rationi aduerſatur ſufficienter ſaluari: ꝛ per alia ad malum prouocantia: et retrahentia a bono. Tum etiam: idem actus poteſt ſucceſſiue eſſe bonus ꝛ malus: nec ad talem actum his temporibus diuerſos operādi modos in anima experimur.

Tertia cōcluſio. an deus ſic atrociter humanā nām vulnerauerit: tacēt expiētie atq̄ rōnes nāles: auctoritatibꝰ xp̄ſtiꝰ q̄ ſic ſonātibꝰ illis igit tacētibꝰ tutiꝰ eſt iſtas exaudire ꝛ iſequi: hec cōcluſio ex ſu

pra enumeratis motiuis relinqtur pſpicua. ¶ Sequunt̄ corollaria. Primū: alicuius ꝯſequentie antecedēte exñte ipoſſibili ex quo ꝯcludat̄ verꝫ practicū: pōt q̄s ſine auxilio ſpāli aſſentire antecedēti ⁊ bonitati ꝯſequētie: ⁊ nō cōſequēti niſi ſpāliter adiutus. ¶ Scōm corollariū: vbi falſum crederet̄ inuincibilr eſſe verꝫ: cui⁹ aſſenſus ab actu bono iteriori effectiue iperaret̄: ꝯcedēdū eſt ꝙ ad errorē ſpālr cōcurrit deus: pariter dato actu exteriori a duob⁹ interiorib⁹ iperato: quoꝝ vnus ſit bonus: ⁊ alter malus: ſic deus ad actū malū ſpālr concurrit. ſ. ea rōne q̄ bonus eſt. ¶ Tertiū: pōt liberū hoīs arbitriū abſqꝫ ſpāli ope actū cum duabus vel tribus circunſtantijs elicere: ſed non plene cum omnibus.

AD DJ.
*Auxiliū ſpeciale a deo obtinere nō eſt difficilius q̄ generale.

## Quarta concluſio probabilis. Nō eſt difficilius

a deo auxiliū ſuū ſpāle q̄ gñale obtinere: pꝫ. nullū reqritur preuiū ad obtinendū illud potius q̄ iſtud: ſemp em̄ pſto eſt ⁊ paratus dñs ⁊ bonis ⁊ malis/ fidelibus ⁊ infidelibus hm̄oi ſuffragiū ipartiri: put ⁊ gñale: quare ad malū pronitas ⁊ tarditas ad bonū aliūde q̄ ex difficultate habēdi opē dei ſpālē exorit̄: put ex peccati fomite ⁊ alijs ſupra ꝯnumeratis. Durū profecto eſſe nec dictu tutū/ ſpāli dei inſtitutione: ⁊ q̄tū eſt ex pte nō cuilibet nec q̄libet tpe ſpāle illud auxilium (vt nōnulli ſentire videntur) offerri: hui⁹ veritatē certitudine nouit dñs: nihilominus pie credo qđ dicit Bonau. li. ij. tale adiutoriū homini pſto ē ſi vellet ſuſcipe.

## Quinta cōcluſio contra Greg. vbi deus

ſpeciali ſua ſanctione (etiā in peccati penā) ab aliquo ſpeciale ſubtraheret auxiliū: omiſſio boni defectu illius prouenriens minime imputabiliter culpabilis foret. pꝫ: impoſſibilitas prō tūc obligationē deleret: cū (teſte beato Hiero. in explanatione fidei ad Damaſum papā) anathema ſit dicere deū ad impoſſibile obligare. Nec valet Grego. reſponſio de impoſſibilitate in penam peccati cōtracta: nā in fatuis cōſtat vſus rōnis carentiā eſſe peccati primi parentis penā: que tñ ꝓ tunc obligationem dirimit/ ⁊ a peccato prorſus excuſat: ſic vbi in ꝓpriū peccati aut alterī punitionem deus iuſtiſſimus vindex ſpecialiter a ſorte rationis vſum auferret: aut omnino ſpeciale denegaret auxiliū tolleretur pro tūc ad op⁹ bonum obligatio: nec vllus ſubſiſteret culpabilitatis incurſus.

## Sexta cōcluſio cōtra eundē. pōt liberuꝫ

viatoris arbitrium ſine ſpeciali dei ope in actum moralem non culpabilē: vcꝫ indifferētem/ aut de genere bonoꝝ prout agros colere/ reuereri parentes ⁊c. id ſupra de actu medio inter moraliter bonū ⁊ malū elucidaui: ⁊ videt̄ de Auguſtini mēte in hyponeſti. reſpōſione tertia dicentis. Fatemur liberꝝ arbitriū oībus hominibus qdem iudiciū rōnis: non per quod ſit idoneū que ad dñm ptinent/ aut inchoare ⁊ certe pagere: ſed tm̄ in operibus vite pſentis tā bonis q̄ malis: bōis dico/ q̄ de bonis nature oriunt̄. i. velle laborare in agro/ velle bibere/ velle manducare/ vel quicqđ bonū ad preſentē pertinet vitā. Quod aūt ſubdit Aug. q̄ oīa non ſine gubernaculo diuino ſubſiſtunt: non impedit ꝓpoſitū: nā dei gubernaculū nomē eſt nō ſpecialis auxilij proprium: ſed ad cūctas creaturas (cū oēs ſua prouidētia gubernet: eiſqꝫ omnibus cooperetur) extenditur.

## Septima cōcluſio contra eundē: tentationem

aliquā (ſcꝫ peccati cōmiſſionis) pōt voluntas ſine dei ſpeciali ope vincere: ⁊ aliquā quidē non (videlicet omiſſionis.

¶ Primā partē probo: nequit q̄tumcunqꝫ vehemens tentatio liberꝝ arbitriū ad vllū peccati actum neceſſitare: cū ſemper libera ſit voluntas ſuū prebere vel non prebere concurſum: ſine quo non ꝓducit̄ peccati actus: quinimmo nō eſſet actus cum tali neceſſitate peccatū. ¶ Scđa pars ex dictis eluceſcit: vcꝫ tpe quo ad actū

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

obligatur voluntas quē nō elicere tentatur: nam tentationem vincere eſſet actū elicere bonū. ¶ Id aūt ex hypotheſi nequit ſine ſpeciali dei patrocinio: igitur tē tationem aliquam abſq̄ auxilio dei ſpeciali ſuperare non poteſt.

## Primū dubiū. an propter duplex auxiliū

ad actū bonum cōcurrens ſit voluntati creature facilius actū bonum q̄ malum elicere.

## Reſpondeo q̄uis poſſit affirmatiue dici

nō tñ ad hoc eſt experiētia vel ſufficiēs rō/ nec piter auctoritas: q̄re ptē negatiuã tenēs diceret: queadmodū q̄s duplici auxilio adiut' nō facilius fert pōdus valde graue q̄ cum vnico auxilio ferret ſubduplū vel ſubtriplū: ſic nec facilius cū duplici auxilio elicit volūtas actū bonum/ q̄ cū vno auxilio malum.

Peccata vitare oia ⁊ diu an poſſit viator.

IN hoc corrupte nature ſtatu q̄diu a quib' ⁊ a quot peccatis valeat homo ratione vtens ſe i̅munē preſeruare: trita eſt doctorum penes breue tempus et longum: penes mortalia et venialia: penes multitudinem collectiue ⁊ diſtributiue diſtinctio. ¶ Ubi meliori ſaluo iudicio mihi dicēdū videtur (etiã et ſi hoc nuſq̄ accideret) nulla ex rei natura aut diuine ordinationis conditione implicat repugnantia viatorē abſq̄ extraordinario dei ſuffragio poſſe ſua libertate vitare omnia collectiue peccata: ⁊ q̄tocunq̄ tempore quorum quodlibet ſeorſum: ſic cauere poteſt.

PRimum notabile. Solent circa vitãda pctã doctores inter venialia ⁊ mortalia diſtinguere: inter multitudinem diſtributiue ⁊ collectiue: pariter inter breue tempus aut longum. ¶ Dicit enim beatus Tho. prima ſecunde. q. cix. arti. viij. vbi querit an hō ſine gratia poſſit nō peccare. Reſpondet in ſtatu nature corrupte indiget homo gratia habituali ſanante naturam ad hoc q̄ homo omnino a peccato abſtineat: ⁊ ſit in preſenti vita hec ſanatio ſecundum mentem/ nondum appetitu carnali totaliter reparato. hinc in hoc ſtatu poteſt homo abſtinere ab omni peccato mortali: nam in ratione conſiſtit: non autem poteſt homo abſtinere ab omni peccato veniali propter corruptionem inferioris appetitus ſenſualitatis: cuius mot' ſingulos quidem ratio reprimere poteſt: ⁊ ex hoc habent rationem peccati ⁊ voluntarij: nō autem omnes: quia dū vni ratio reſiſtere nititur/ fortaſſis ali' iſurgit: ⁊ etiã quia ratio non ſemp poteſt eſſe peruigil ad huiuſmodi motus vitãdos. ſimiliter etiã anteq̄ hominis ratio in qua eſt pctm̄ mortale reparetur per gratiam iuſtificantem poteſt ſingula peccata mortalia vitare/ ⁊ ſecundum aliquod tempus: q2 non eſt neceſſe q̄ continuo peccet in actu: ſed q̄ diu maneat abſq̄ peccato mortali eſſe non pōt: vnde ⁊ Gregorius ſuper Ezechi. dicit: pctm̄ quod mox per penitentiam nō deletur ſuo pondere ad aliud trahit. Cū enim homo non habet cor ſuum firmatū in deo: vt pro nullo bono conſequēdo vel malo vitando ab eo ſeparari vellet: occurrūt multa pp̄ter q̄ ɔſequenda aut vitanda homo recedit a deo contēnendo pre-

ADDI. * In hoc ſtatu pōt homo abſtinere ab omni peccato mortali.

cepta ipſius: ⁊ ita peccat mortalr̄ precipue/ qꝛ in repētinis homo operat̄ ſcđm fi nē precōceptū/ ⁊ ſcđm habitū preexiſtētē/ vt dicit Phs. iij. Ethi. Quis ex ꝑmedi- tatione rōnis homo poſſit aliqđ agere preter ordinē finis ꝓcōcepti ⁊ preter incli natiōnē habitꝰ quia tñ homo pōt ſemper eſſe in tali premeditatiōe/ nō pōt cō- tingere vt diu permaneat/ quin operet̄ ſcđm ꝯñaꝫ volūtatis deordinate/ niſi ci to per gr̄am ad debitū finē reparet̄: tñ qꝛ ex hoīs defectu eſt ꝙ ſe ad gratiā ha- bendam nō preparet: ꝓpter hoc a peccato nō excuſat̄ ꝙ ſine gr̄a pctm̄ vitare nō poteſt. An aūt homo cōſecutꝰ gratiam poſſit per ſeipſum operari bonū ⁊ vitare peccatū. Reſpondet nō indiget alio auxilio gratie ſecūdū aliū modum/ vt ſcꝫ a deo moue r̄ ad recte agēdum/ quare donū habitualis gratie nō ad hoc dat̄ no bis vt per ipſum nō īdigeamꝰ vlteriꝰ diuino auxilio/ hec ille. Cuiꝰ dicta aliqua exactius examinarē (prout nō eſſe veniale in rōne ⁊c.) ſed huic nō cōgruit loco: Quātum autē ad ſubiectā materiā ꝯcluſiones reꝫ patefacient.

*ADDITIO. Homo ꝯſecutꝰ gr̄am an poſſet ꝑ ſeipm̄ opari bonum ⁊ vitare peccatum.*

## Secūdum notabile. preter ſpeciale auxi

liū cōmuniter viatoribꝰ a dño impēſum eſt aliud excellētiꝰ/ quo certe ꝑſone ab omni culpa/ aut a qualibet mortali ꝑſeruate inſignite fuerūt. Hoc em̄ ſpecialiſ- ſimū ſiue extraordinariū appello ſuffragiū: ⁊ de iſto eſt in preſentia ſ̄mo: an vcꝫ ad diu oīa collectiue pctā vitāda ipm̄ requirat̄: prout plericꝫ aſſerere vident̄ an ſufficiat cū libero arbitrio ſpeciale.

*Pctm̄ vitare q̄lit̄ poſſit viator. fo. 73. co. 3. ⁊. 4.*

## Prima concluſio. nequit ex ſolis natura

libus viator nec diu nec modico tp̄e omiſſionis pctm̄ vitare/ poſita obligatiōis pro illo tp̄e cōſtātia. quodcūcꝫ autēꝫ cōmiſſiōis pctm̄ vitare poteſt/ nā (vt ſupra deduxi) vitare ſic omiſſiōis culpā eſſet accū precepti plene moralr̄ bonū elicere: ⁊ nequit abſcꝫ ſpeciali dei auxilio. Ad peccatum autem cōmiſſionis vitandum ſufficit non elicere actum ad non eliciendum autem non requirit̄ auxilium dei ſpeciale/ ſat eſt/ ꝙ cauſe inſtiganti non prebeat volūtas liberū eius cōcurſum: ſi enim abſcꝫ eius libero concurſu vero vel interpretatiuo produceret̄/ deeſſet: cul pabilitatis ratio.

## Secūda cōcluſio. nulla clauditur in hoc

repugnantia/ videlicet abſcꝫ extraordinario dei auxilio oīa collectiue peccata: etiam quātocuncꝫ tempore vitari/ quorum vnumquodcꝫ ſeorſum caueri poteſt. probo: pro modico tempore conceditur ab omnibus poſſibile/ temporis autem diuturnitas non vllam adijcit contradictionem/ cum non ſit quid aliquid ha- bens contrarietatis/ tuꝫ etiam ſolius temporis fluxus nihil alietatis in libero arbitrio operatur/ igitur quātum eſt ex hoc eque potens eſt magno ⁊ paruo tem pore peccata vitare/ in vtrocꝫ enim eque potens eſt cauſe inſtiganti concurſuꝫ: atcꝫ efficientiam non prebere. ꝙ enim ita accidat/ non eſt ratio ſufficienter re- pugnantiam concludens/ nam poſſibiles ſunt effectꝰ plericꝫ nuncꝫ futuri: quia forte non omnia applicabuntur agentia/ aut non ſingule materie/ quas tamē applicari non repugnat/ non eſt igitur indiſtincte verum Bona. dictum lib. ij. arti. ij. q. ij. gloſam allegantis ſuper illud Treno. iij. Miſericordie domini/ di- centis/ non poteſt homo diu ſtare contra inſultus diaboli/ niſi miſericordia do mini adiuuetur/ vbi inquit Bona. prout de foraminibus nauis ſic diabolus fre quenter facit aliquibus quibus pretendit tētationem de luxuria/ ⁊ ex hoc quod non conſentiunt facit ipſos proſilire in ſuperbiam/ nec vnquam poteſt euitare homo quin in aliquā tentationeꝫ incidat: ⁊ hoc propter ſuā inſtabilitatē ꝓpter ſuā etiā infirmitatē neceſſe haberet in aliquā tentationē incidere: cū em̄ ſit obte nebratꝰ ignorātia ⁊ alligatus carnis cōcupiſcentia/ tentationē carnis ⁊ īfirmi- tatis nō poſſet euadere/ quin etiā aliqñ conſentiret niſi adiuuaret̄ aliquo mu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nere diuine gratie. Et cum obijcit per Grego. in morali. debilis eſt hoſtis qui nõ vincit niſi volentẽ. ¶ Cum etiã liberũ arbitriũ omni gratia deſtitutũ adhuc eſt liberꝝ: igitur cogi nõ poteſt. Ad primũ reſpõdet: ꝙ quis nõ vincat niſi volentẽ nõ ſequit͂ poſſe reſiſtere ſine ſpeciali dei gratia: ⁊ hoc propter carnis corruptionem. Ad aliud dicit: nõ eſt ibi coactio: ſed tanta ad malũ inclinatio ⁊ volũtatis ꝓnitas ꝙ niſi eſſet aliud ſuſtentans neceſſe haberet motu volũtatis aliquando in malum incidere ꝙ ſi nõ potẽs reſiſtere conſentiat: liberꝝ arbitriũ nõ eſt a culpa imune: ⁊ hoc qꝛ adiutoriũ gratie ſibi preſto eſt ſi vellet ſuſcipere: qꝛ etiam ex ꝓpria ſua culpa deuenit in hanc neceſſitatẽ: hec ille. ¶ Quorꝝ nõnulla falſa mihi videnť: prout ꝙ liberꝝ arbitriũ reſiſtere nequeat quin conſentiat et ſit peccatũ cõtra Ariſto. Augu. ⁊ ceterorꝝ teſtimoniũ qui peccatũ aſſerũnt eſſe voluntarium nõ eſt aũt in actu voluntariũ abſqꝫ libera voluntatis coefficientia vera vel interpretatiua: vbi enim vſqꝫ adeo inualeſceret tentatio: vt velit nolit volũtas ſurreperet ſine libera eius coefficiẽtia actus ſuus nõ eſſet ibi volũtariũ: tũ etiã homini ex culpa ad aliqd ĩpoſſibilitato nõ poſſet rationabiliter noua lex dari eũ ad illud ꝓ tũc aſtringẽs igiť neqꝫ antiqua eũ ꝓ tunc obligabit.

**Tertia concluſio. ⁊ ſi non repugnet non** tamen accidit videlicet ꝙ abſqꝫ extraordinario dei auxilio quis cũ ratiõis vſu valde diu imunẽ a peccato ſe ꝯſeruet: quãtocunqꝫ tpe omnia collectiue peccata vitãdo (per extraordinariã dei opem vt predixi auxilium intelligo ſpecialiſſimũ: vcꝫ preter generale atqꝫ etiã ſpeciale quale perſonis nõnullis ſpecialiter tota vita preſeruatis cõceſſum eſt) hec cõcluſio auctoritatib⁹ ſtabilitur: ſepties in die cadit iuſtus: ⁊ Joannis. j. Si dixerim⁹ qꝛ peccatũ nõ habem⁹ nos ipſos ſeducimus: ſcꝫ diu: cui ſuffragať humane infirmitatis experiẽtia non valde diu abſqꝫ peccato perſeuerantis: dixi valde diu: accidit enim aliquẽ ſe ab omni reatu ꝓ aliq̃ tpe imunẽ tã mortali ꝙ veniali ꝯſeruare: ⁊ diuti⁹ ꝯ mortali ꝙ veniali: diutius pariter vna perſona ꝙ alia. Contingeret igitur hoĩem breui tpe cum vſu rationis viuentem a peccato ꝙ diu viueret imaculatũ perſiſtere.

**Quarta concluſio. quiſqꝫ viator obliga**tur omnia collectiue peccata per totã ſuã vitã quãtãcunqꝫ vitare: patet nõ peccare eſt precepti negatiui: ⁊ ita ſemper atqꝫ pro ſemper obligãtis. Quod ſi obijcias victuro plena etate: prout. lxxx. vel. c. annorꝝ nõ eſt de cõmuni lege poſſibile ꝙ per totũ illum tempors decurſum omnia peccata vitabit: igitur obligaretur ad impoſſibile. ¶ Reſpondeo primo eſto ꝙ nunqꝫ acciderit nec accedet ſine extraordinaria dei ope: non tamen ſequitur eſſe impoſſibile etiam de lege vt ſupra oſtendebam quare in verificandis auctoritatibus: que impoſſibilitatem ſonare videntur ſumendum eſt pro difficili impoſſibile. Secundo dico non eſſe ſpeciale preceptum ſeu ſpecialem dei obligationem alijs condiſtinctam de vitandis collectiue omnibus peccatis per totum vite circulum: qui enim furtum ⁊ homicidium committeret: ſic moriens non eſt dicendum preter hec duo peccata aliud tum incurriſſe: videlicet quia non collectiue cuncta vitauit peccata. Peccati enim vitatio non alterius eſt obligationis ꝙ precepti hoc vel illud vicium prohibentis: ⁊ ſic omnia deuitare peccata: non vnicam: ſed multas icludit particularium preceptorum obligationes: quarum quelibet ſeorſum facultati liberi arbitrij abſqꝫ extraordinario dei iuuamine de lege ſubiacet.

Grẽ ſtatuꝫ an viator ſe agnoſcere poſſit et ſe immunẽ a peccato.

**Primum dubium. an viator quando im**munis eſt a peccato id cognoſcere valeat.

**Reſpondeo queſtio eſſe** poteſt de actuali commiſſionis vel omiſſiõis culpa: aut de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reatu poſt ipſam manente: iuxta quorum varietatem ſint propoſitiones.

¶ Prima: poteſt quis certitudine cuiuſdā experimentalis euidentie ſe agnoſcere a quocunqꝫ actuali commiſſionis peccato immunem eſſe/ aut quandoqꝫ fuiſſe. patet: anime operationes potiſſime animales ſunt ei per reflexionē experimētaliter note. Viator igitur (omnem actum ſuum volūtate ſuſpendente) poteſt illud experiri: ⁊ per conſequens experimēto certus fieri nullo peccati commiſſionis actu irretiri. Id eīm eſt de preterito perſpicuum: videlicet illo vel iſto tempore quo dormiebat/ aut vigilabat nullum liberum voluntatis actum elicuiſſe: ⁊ ſic nec creatorem commiſſiue pro tunc offendiſſe.

¶ Secunda propoſitio. non eſt ſic euidenter certū de actuali omiſſiōis peccato: nō deeſt tamen certitudo. ¶ Primā partem oſtendo: nō ſic experimētaliter cognoſcitur obligatiōis precepti affirmatiui circa deum: circa ſe/ vel circa proximū/ tempus prefixum: immo nonnunqꝫ per legis conſiderationem longa indagine illud innoteſcit: igitur nō ſic euidēti certitudine cognoſcit viator ſe nulla omiſſionis culpa grauari. ¶ Secundā probo partē: habere poteſt viator poſt mandatorum dei inſpectionem motiuū ſufficiēs ad firmiter/ ⁊ vere credenduꝫ ſe nō culpabiliter pro tūc omittere: ſic igitur fit certus: conſequentia patet communē certitudinis diffinitionem intelligenti. eſt aſſenſus verus abſqꝫ formidine ad aſſenſum denominādum certū hec duo veritas/ ⁊ firmitas ſufficiant. Non igitur aſſenſus quilibet certus eſt neceſſarius ⁊ infallibilis.

Peccati immunitas an aliqua certitudine agnoſci poſſit a viatore.

¶ Tertia propoſitio. de immunitate a peccati pteriti reatu derelicto: haberi poteſt a viatore non mathematica/ ſꝫ moralis ſatiſqꝫ perfecta certitudo. probo: poſſibile eſt ad vere firmiterqꝫ credendū animam omnino eſſe mundam motiuum haberi ſufficiens. oſtendo: ad hoc habetur maxima fidei certa: pariter minor vera ſubſumpta rationabileꝫ habens firmiter credēdi cām. Iſta eīm eſt fidei maxima certa: qui vt debuit penitet omnino mūdatur: hec autem eſt minor. Iſte penitet vt debuit: ⁊ huic firmiter ⁊ vere aſſentire ſufficienter facit integra horum obſeruatio/ que ſunt peccatorū diſplicentia/ cauendi propoſitum propter deum/ ⁊ propoſitum confitendi: hec autem tria quis in ſemetipſo experiri poteſt: poſt integram enim eorum obſeruātiam credens vel dubitans ſe non eſſe omnino mūdum: ipſe de legis ⁊ diuine ꝓmiſſionis veritate non aliud ſua bonitate ⁊ clementia a nobis requirentis dubitaret. ¶ Reperiuntur enim nōnulli (o ꝙ̄ periculoſum) qui diligentiam quantancunqꝫ fecerint nunqꝫ hoc aſſumūt credulitatis iudicium: ſcilicet quo ſe eſſe mundos exiſtiment: quinimmo (etiam abſqꝫ rationabili cauſa) diſſentiunt vel dubitant: cauſam autem huius querenti reſpōdent neſcio: neſcio (inquiunt) an ſufficienter omnia obſeruauerim: nec particularem aliam ſue ſcrupuloſe/ profecto nonnunqꝫ ſtulte/ conſcientie aſſignant rationem: id enim a demone plerumqꝫ ſuggeritur. Nā pre nimia mentis turbatione pereunt/ deuotio/ feruor/ ſpes: ſpirituale gaudiū: ⁊ huiuſmodi cōmoda que ipſi ſe eſſe mundos pro aſſenſu credentes aſſequi ſolent. Sic preterea animos implicat nature fraudulentus hoſtis: quatenus ad deterius/ quale eſt deſperatio/ indigna ſacramenti contra cōſcientiam ſuſceptio/ aut aliud ſimile/ eos perducat.

¶ Quarta propoſitio. non modo rationabiliter credibile eſt illud/ quinmmo ad id obligari cōtingit. oſtdo: cōtingit de triū ſupranumeratorꝫ obſeruātia ſufficiētē atqꝫ rōnabilē ſubeſſe apparētiā: nec aliūde cām: cur non ita credat ſubſiſtere legitimā: atqꝫ ex incredulitate incque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niēs emittere ſub peccato vitandū: cuiuſmodi eēt/vt dixi/ſacramēti indigna ꝯ
ſcientiam ſuſceptio/aut ſcandaloſa eius omiſſio/ aut aliud tale. his igitur
ſtantibus teneretur quis ſe eſſe mundum credere. quid queſo ſic aſſentire noce
ret: potius profecto fructum exigente caſu aſſert non modicum pia huiuſmodi
credulitas. ¶ Solet ex nōnullis erroneis radicibus nociua naſci ſcrupuloſitas
illa ad credendum tarda. Prout feciſſe teneatur quis quicquid potuit. ¶ Pari
ter ad extremum feruoris conatum penitere aſtringatur. Sitq̃ de nō recidiua-
tione certus. ¶ Hec quidem ſcrupulorum ſemina falſa ſunt ⁊ diligenter eradi-
cāda. ¶ Non eñ viator meliori modo quo poſſet obligatur agere: ⁊ ſic nec ma-
ximam ei poſſibilem peccatorum indaginem premittere. ¶ Non pariter deter
minatum doloris/aut feruoris gradum determinate taxauit dominus requiſi
tum: ſufficit dolor rectus etiam remiſſus. ¶ Nec ſimiliter neceſſaria eſt nunq̃
recidiuandi certitudo aut credulitas: ab hoc enim mentez auertere pleriſq̃/ne
deſperationem incidant/expedit: quinimmo quorundam opinione/⁊ vera/nec
poſitiue abſtinendi propoſitum requiritur: ſed ſufficit priuatiue/ſcilicet nō ha-
bere recidiuandi effectum.

## ¶ Quinta propoſitio ex precedentibus

corollaria: prout licitum eſt ⁊ nonnunq̃ ſub precepto cadit ſe mundum credere
ſic ⁊ eſſe in gratia. patet: inter gratie ⁊ peccati ſtatuz ſeu inter filios regni ⁊ per
ditionis non eſt in rationali creatura medium. ¶ Hoc vnum fateor: videlicet
q̄uis certa ſit fidei auctoritas/atq̃ dei promiſſio penitenti pollicentis cuz gra
tie collatione peccatorum remiſſionem: minoris tamē ſubſumpte videlicet iſte
eſt ſic penitens/motiuum credendi nō eſt omnino infallibile. Nihilominus nō
hoc omnino certitudinem tollit: nec obeſt quin ipſum eſſe valeat ad vere firmi
terq̃ credendum ſe integre penituiſſe atq̃ gratiam obtinuiſſe ſufficiens mediū
per quod credere ſe eſſe in gratia obligari poſſit viator. ¶ Conclude igitur in
hac miſeriarum valle viatorum neminem abſq̃ ſpeciali dei reuelantis illuſtra
tione ſcire euidentie/aut iudicij infallibilis certitudine: an ſecunduz preſentis
iuſticie ſtatum amore vel odio dignus ſit certitudine autem credulitatis ratio
nabilis ſic: videlicet firmiter ⁊ vere ad quam ſufficiens habetur motiuū ⁊ ratio-
nabiliter credere inductiuum. ¶ Quod autem ad eterne preſcientie ſtatum id
valde plus illo ab humana cognitione recedit: nam preſentis ⁊ non futuri eſt ex
perientia: neſcit in hoc viatorum vllus etiam certo gratia inſignitus quidnam
futura dies paritura ſit qualiterve/an cum odio/an cum amore: hoc eſt an cuz
mortali/an cum gratia mortem obibit: nihilominus perſeuerans moruz ac vi-
te conditio credendi coniecturam prebet aliqualem: nec viliſſimo cuiq̃ pecca-
tori deeſt ſufficiens ſperande beatitudinis ratio. Quam nobis donet humane
ſalutis amator: qui cor contritum ⁊ humiliatum non deſpicit.

¶ Excuſum fuit hoc vtiliſſimū opus Lugduni in edibus ho-
neſti viri Antonij du Ry. Anno a virginis par-
tu Milleſimo quingenteſimo.
xxv. Die. vj. mēſis
Octobris.
*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TO
BIBLIOTE
Sala
Númer

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
[...]IOTECA PROVIN[...]
[...]la Reserva
[...]úmero 796

Res.
790

1525
Lugdu